



DISPUTATIO INAUGURALIS
DE
RATIIFICATIONE.

Quam

PRAESIDE IEHOVA

Ex autoritate & decreto

NOBILISSIMI ET AMPLISSIMI IV-
RISCONSULTORVM, IN ALMA AR-
GENTORATENSIVM ACADEMIA,
ORDINIS

Pro consequendis

SVMMS IN VTROQVE IVRE DOCTORA-
TVS HONORIBVS AC PRIVILEGIIS

Solenni Examini

submittit

Die 22. Iunii.

GEORGIUS GALLVS LVCK,
ARGENTORATENSIS.



ARGENTORATI,

Ex Typographéo FRIDERICI SPOOR.

ANNO M DC LVII.

752

Sup. 2

25

1657

5.

8, 2

LIBR.
S. S.



ILLVSTRISSIMO AC GENERO-
SISSIMO DOMINO,

DOMINO
FRIDERICO CASI-
MIRO,
COMITI IN Hanaw / Kieneck &
Zwenbrücken / &c.

DOMINO IN Münzenberg / Liechtenberg
& Ochsenstein / &c.

MARESCHALLO HÆREDITARIO
ET ADVOCATO ARGENTI-
NENSI.

DOMINO MEO CLEMENTI

PRO MAGNO BENEFICIO

TENVE OFFICIUM

DISPUTATIONEM HANC DOCTORALEM
SIMVL AD MAIORA OPPIGNORATVM
ANIMVM, AD FIDEI ARAM

CONSECRE OFFERO
HVMILLIME

devotissimus

GEORGIUS GALLVS LVCK,
ARGENTORATENSIS.

IN NOMINE DOMINI NO-
STRI JESV CHRISTI AD OMNIA
CONSILIA, OMNESQUE ACTVS SEM-
per progredimur, Ita cum Sacratissimo Imp.
nostro Justiniano *in l. 2. C. de Off.*
P.P. Affr.

PROOEMIUM.

DE materiâ RATIOHABITIO-
NIS, pro ingenii modulo, conclu-
siones nonnullas, Disputationis In-
auguralis causâ, hisce pagellis con-
signaturus, cum accuratissimo Jcto
Ulpiano *in l. 1. ff. de in Integr. rest.*
haud duco necessarium, eam Lecto-
ri benevolo commendare prolixius: Est enim, ut quod
ille ibi de Restitutionis materia testatur, nos ad nostra m
accommodemus, utilitas huius tanta, ut nostra non e-
geat commendatione, sed ipsamet se satis ostendat.
confer Petr. Peck, *in Comm. ad cap. 10. de R. I. in 6. n. 1.*

THESIS I.

QUapropter missis ambagibus, ineludamus totam
tractationem duobus hisce membris, consideraturi & Ra-
tiohabitionis τὰ πρώτα seu Praecognita, & τὰ ἐκ τῆς ὁριστικῆς
seu tractationem ipsam.

II. Praecognita consistunt & in Definitione & Divisione Rati-
habitionis. Definitio vel est Nominis vel Rei.

A

III. No-

LIBR.
12711110

III Nominalis Definitio potissimum respicit *Etymologiam*,
Synonymiam & Homonymiam.

IV. Cum autem principium Eruditionis, secundum elegans monitum Socratis, ab Epicteto relatum, ac laudatum à Viro Amplissimo ac Consultissimo Dn. D. Biccio Patrono atque Præceptore meo ætatem plurimum venerando, in *Comm. ad l. Possideri §. 5. ff. de A. vel O. P. part. poster. membr. 1. quest. 1. pr.* Sit intelligentia verborum, eorumque evolutio ad ipsius rei cognitionem plurimum conferat, inque eius perceptionem nos provehat, Scalig. *Exerc. 1. Sect. 1.* id quod quàm pulcherrimè expressit Dn. Theodor. Reinking. in *tr. de Retract. Consang. q. 1. pr. dum ait: Nomina & appellationes rerum solent considerari in cuiusque negotii aditu, ut eò facilius ad ipsa rerum deveniamus adyta. non immeritò verborum, quæ res significant, §. 29. l. de Legat. l. 7. §. ult. ff. de supell. leg. arg. l. 4. pr. de Condit. Inst. l. 3. ff. R. C. in ipso limine habenda est ratio.*

V. Qua viâ etiam uti Philosophos attestatur Cic. *1. de Offic. quem refert Bald. in prælud. feud. n. 8.* Et Jctos, ac ex his imprimis illum *Ὀνοματοτήραν* (v. Cuiac. 24. Obs. 39. in fin.) Ulpianum, patet ex *l. 1. ff. de I. & I. l. 1. ff. de R. C. l. 2. §. 2. d. r. l. 1. ff. de A. & A. P. l. 10. ff. de V. S. l. 1. §. 1. de pact. Cuiac. d. Obs. 39. in fin. & Quintil. lib. 5. institut. Orat. cap. ult.* Imò Sacratissimum Imp. nostrum sollicitum fuisse circa hunc ipsum laborem patescit ex *§. 2. l. de tutel. pr. l. de testam. §. 1. l. de interd. notiusque est, quam quod pluribus exemplis indigeat.*

VI. *Etymologiam* ergo quod attinet, notum est, vocem *Ratihabitionis* inflecti ex nomine *ratum*, quod idem est ac *firmum*, *certum.* Accius Menelippo: *neque ratum est, quod dicit, neque quod agitas, dicendi est locus:* atque sic etiam dicitur *ratum* vel *rata*, *pactum*, *portio*, *pars*, quæ *Juris ratio* unicuique tribuit in *l. 27. ff. de Relig. & sumpt. fun. & in illa vulgari, rato manente pacto Clausula,* qua de eiusque effectu videri potest *Barbol. tr. de Claus. ususfreq. cl. 128. Marta. tr. de claus. 1. c. 141. p. 141. vel præcedenti meditatione firmatum.* v. *Lexicographi, imprimis Joan. Calvin. in Lexic. Iurid. hac voce Ratum.*

VII. *Synonymica nominis Definitio* *Ratihabitionis*, varias appellationes exhibet. Dicitur autem vulgò, *Ratificatio* post alios *Dd. Calvin. d. loc. sub voce Ratihabition.* Item *Approbatio*, *l. 12. §. 1. ff. Rem. Rat. hab. Assensus, cap. Suggestum 20. de Iur. Patron. & Volun-*

Voluntas, l. 16 §. 1. ff. de pignor. l. 3 §. 4. ff. de in rem vers. ibiq; Gothofr. l. 46 §. 8. ff. de Iur. Fisc. l. 1 §. 14. ff. quod Legat. Germanis vocatur Genehmhabung/ oder Genehmhaltung/ Besold. in Thes. pract. h. voce. Ratum enim habere (quod Germanis dicitur, gut heissen/ an genehm halten/ Conf. Argent. 63. n. 122. in fin. vol. 1. nihil aliud est, quam quod actum confirmare sive Ratum facere (pro quo veteres Ratare dicebant, unde est Irritare, contrarium, id est, infringere nec Ratum habere, Petr. Peck. ad cap. 10. de R. I. in 6. n. 1. p. m. 135. Spiegel. citatus Calvin. saepe laud. Lexic. in voc. Ratificare. Calepin. in suo Dict. Ling. hoc verb & approbare, arg. l. 4. ff. de auct. tut. Vult. ad §. 7. n. 2. l. de R. D. Legimus etiam Ratum facere ap. Cic. 1. de Divin. & Rem ratam habere, te. ff. Rat. Rem hab. qui tamen loquendi modus stipulationem pratoriam in se potissimum habet & denotat comprobationem atq; agnitionem eius, quod à falso Procuratore actum est, d. l. 12. §. 1. ff. d. t. pl. hac de re vid. ap. Calvin in voc. Ratam Rem. d. loc.

8, 2

IIIX. Tandem Nominis Enuclationem claudit Homonymia. Variè autem hæ voces Ratihabitio & Ratum habere usurpantur.

1. in Significatu *improprio ac latiori* prout denotant, quamcunque permissionem & approbationem, etiam eam, quæ negotium comitatur, §. 41. l. de R. D. & l. 9. §. 1. ff. eod. l. 2. §. 1. ff. de Curat. bon. dand. l. 25. C. de Don. inter vir. & ux. Ampliff. & Consultiff. Dn. D. Bicc. in Aur. Sect. 3. th. 40. 2. *Stricto ac proprio*, quatenus significant comprobationem ac confirmationem eius quod à me aliove nomine meo gestum est, l. ult. C. ad Sctum Maced. l. f. ff. de Bon. poss. ff. tt. C. Si maior fact. ratum hab. cap. 3. X. de his que fiunt à Prel. 3. Sumuntur in sensu *strictiori* pro confirmatione falsi procuratoris; seu approbatione eius, quod actum est à falso Procuratore, l. 12. §. 1. ff. Rat. rem hab. Pratei, in Lex. hac voc. C. l. A. lib. 46. tit. 8. th. 23. Prima acceptio huc non pertinet. Secunda proprie huius loci est; ut & suo modo subsequens quoque tertia.

IX. His ita prælibatis Ratihabitionem breviter *definio*, vel potius *describo*. Quod sit consensus sive comprobatio, quæ negotium à me vid. Card. Tusch. Pract. concl. tom. 6. lit. R. concl. 8. n. 4. & 5. aliove meo nomine gestum insequitur, per l. fin. ff. de bon. poss. l. 12. §. 1. ff. Rat. rem hab. l. fin. C. ad Sct. Maced. cap. 3. X. de his que fiunt & c. cap. 20. X. de Iur. Patron. Vult. in Comm. Inst. ad rit. de Nupt. pr. n. 22. Sive, ut brevius describit, Card. Tusch. d. concl. 8. n. 1. Ratihabitio est quædam convalidatio actus præcedentis.

A 2

X. Ex

NET
ERS.

12711111



X. Ex Definitione hâc patet differentia Ratihabitionis à Jussu, Mandato, Tutoris Auctoritate, consensu. Jussus enim propriè & strictè loquendo, est quidem etiam consensus, sed qui actum præcedere debet; *l. 25. §. 4. ff. de A. vel O. H.* Sicut & mandatum, *tt. 1. ff. & C. Mand.* Quæ duo tamen in eo differunt, quod Jussus cum Imperio quodam sit coniunctus, & necessitatem quandam parendi importet; maximè quando refertur ad eum, qui jus imperandi habet, terminique præsupponuntur habiles, *l. 2. §. 23. ff. ad SCt. Tertull. pr. 1. de Nupt. Iunct. l. 4. l. 167. §. 1. de R. I.* Mandatum autem omnem talem necessitatem respuat, & planè libera voluntate conferatur, *l. 19. §. 2. ff. de N. G.* Quod latius prosequitur Vir Amplissimus & Consultissimus Dn. D. Rebhan, Patronus, Præceptor atque Promotor meus, nunquam sine filialis honoris cultu nominandus, *in Hodoget. Iur. Chart. 2. Clim. 4. th. 4. ex d. pag. 744.*

XI. Auctoritas verò est Consensus, qui interponitur statim perfecto negotio, *d. l. 25. §. 4. ff. de A. vel O. H.* seu in ipso negotio; non autem post transactum negotium, *§. 2. I. de Auct. tut.* Comitatur negotium, non antecedit, neque sequitur, *l. 9. §. 5. ff. eod. ibique Gothofr. in not. lit. y. & ad d. l. 25. §. 4. lit. z. & a.* Ratihabitionem autem est consensus, qui uti modo in *th. 9.* dictum, semper negotium perfectum insequitur, *d. l. ult. C. ad SCt. Maced. Calvin. f. d. loc. vid. Wesenb. in parat. ff. tit. de Auct. & Const. tut. lit. e. n. 5.* Est itaque consensus Vocabulum Generale; quod sub se complectitur Jussum, Mandatum, Auctoritatem, consensum in speciè sic dictum, ut & Ratihabitionem, accurate id notante Pac. in *Comm. C. ad lib. 4. t. 28, const. 7. n. 4.*

XII. Quoad Divisionem. Dividitur Ratihabitionem 1. à causa efficiente, cuius respectu Ratihabitionem alia dicitur *Necessaria*, alia *Voluntaria*.

XIII. *Necessaria*, est Ratihabitionem negotii utiliter gesti, quod apud Judicem necessariò etiam invitâ altera parte pro rato habetur. *l. 9. ff. de N. G.* Cuius elegans exemplum proponitur in *l. 3. pr. ff. de Administr. & peric. tut.* & explicatur ab Ampliss. & Consultiss. Dn. D. Bicc. 1. *Aur. 47. & C. I. A. ibid. alleg. loc. G. Anton. Disp. Feud. 9. th. 2. lit. b.* aliud adducit sc. in subinfeudatione à Vasallo, invito Domino, facta, quam Dominus, Feudo sibi aperto, ratam habere cogitur; si Subvasallus sese ipsi ritè applicet per *cap. unic. §. Si vero 2. F. 9.* addita tamen distinctione; alia exempla reperire licet: in *1. f. 3. item 2. f. 43. vid.*

755
vid. Rosenth. *concl. Feud. c. 3. conclus. 9. n. 21. p. m. 326.* & Tusch, *Pract. conclus. tom. 6. lit. R. concl. 10. n. ult.*

XIV. Voluntaria dicitur, quæ indistinctè omni casu fit, sive negotium benè sive malè gestum fuerit, pendetque ac regulatur à voluntate & libero arbitrio Partis, qua probatur etiam id, quod alias potest non probari, *l. 9. ff. de N. G. v. C. l. A. de N. G. th. 41. n. 1.*

XV. Secunda Divisio ducitur à Forma, quod scil. Ratihabitio alia sit *Expressa*, alia *Tacita*, *Pac. in Comm. C. ad l. 4. r. 28. l. fin. n. 7. & in Anal. C. ad tit. Si maior fac. rat. hab. n. 4. & tit. Si maior fact. alien. n. 2. & 3.* *Expressa* est, quâ consensus verbis, & literis sive Epistola ac Internuncio expresse declaratur, *l. 5. ff. Rat. Rem. hab. arg. l. 65. de Procur. l. 34. pr. ff. Mand. Gothofr. ad l. 9. §. 5. & 6. ff. de Auct. tut.*

XVI. *Tacita* fit, vel *consensu tacito*, ut si scio aliquid nomine meo gestum esse, & non contradico, quod egregiè demonstrari potest ex casu, *l. 12. & 16. ff. ad SCt. Mac. ubi filiusfam. accepit mutuam pecuniam ab alio quasi mandatu patris, scripsit literas ad patrem, ut pecuniam mutuo acceptam in provincia solveret; Pater non continuo interposuit protestationem contrariæ voluntatis, quam obrem videtur probasse quod à filio gestum est. Sichard. ad l. fin. C. ad SCt. Mac. n. 7. Duar. in Comm. C. ad tit. ad SCt. Mac. c. 2. Perez in Comm. C. eod. tit. n. 9. add. Donell. 12. Com. 27. ibiq. Hillig. lit. A. Petr. Peck. ad d. cap. 10. de R. I. in 6. n. 1. p. m. 136.*

XVII. *Ac Præsumpto*, scil. à Lege: Præsumitur autem Ratihabitio subsecuta, ob temporis antiquitatem, *arg. l. 6. §. 3. ff. de A. vel O. H. l. 10. C. de Pet. Her. Peck. d. loc. p. m. 137. Barbof. cum Dd. ibid. alleg. lib. 16. c. 4. ax. 9. & præscriptionem. vid. Tusch. d. lit. R. conclus. 14.* ut cum maior factus statuti temporis silentio probasse præsumitur alienationem sine decreto factam tempore minorennitatis suæ, *l. 2. C. si maior fact. alienat. l. 1. in fin. & l. 3. C. Si quis ignor. rem min. ubi per statutum tempus intelligitur totum quinquennium, ex quo res vendita sit, l. ult. in princ. C. Si maior fact. alien. vel lögum puta, decem aut viginti annorum tempus, si res donata fuerit, d. l. ul. v. cum. a. quia tanto tempore Emptor vel Donatarius præscribit, *Pac. in Anal. C. ad r. Si maior f. rat. h. n. f. & r. Si quis ignor. n. 1. & seqq. iunct. tit. seq. n. 2. 3. & ult. confer Menoch. recup. poss. Rem 15. n. 188. & Conf. Arg. 60. n. 16. & conf. 62. n. 16. vol. 1. ubi statuitur, quod ex temporis diuturnitate Ratihabitio præsumatur ritè facta etiam in actibus magni præiudicii. add. Besold. in th. pract. voc. Genehmhabung.**

A 3

XIIX.

NET
RS.
1721



XIIX. *Vel Re & Facto. d. l. 5. ff. Rem Rat. hab.* Huius Ratihabitio-
tionis præter id, quod in *l. 5.* adiungitur. Exempla afferri possunt
quam plurima. Sic enim quis celebratum contractum ratum ha-
bere dicitur, si ob illum pecuniam solvat. *arg. l. 4. C. de Non. mun.
pec.* Ita Minor. ratum habere contractum intelligitur, si exinde fru-
ctus & redditus annuos percipiat, *Paris. consil. 33. & 47. n. 17. lib. 1. & la-
tè hac de re Tiraquell. de Iur. const. 3. par. lim. 30. n. 11. & 12.* Hinc re-
spondit Brun. Astensis, *Conf. 51. n. 4. vers. Si cat.* Carolum Sabaudia
Ducem prudentissimum ex perceptione annuorum reddituum ini-
tam cum celeberrimo Cunei oppido conventionem comprobasse,
ratamque habuisse, referente id Menoch. *de Recup. poss. Rem 15, n. 121.*
adducta ex *Gravett. Calc. & Ruino* simul distinctione inter scientem
prudentem & errantem ac ignorantem, add. *Vult. 3. Conf. Marp. 22.
n. 126. & Petr. Peck. ad cap. 10. de R. I. in 6. p. m. 136. & seqq.*

XIX. Operatur autem hæc tacita Ratihabitio idem ac Ex-
pressa, quia tantundem est, factò, an verbis animum ac mentem de-
clarare gesta; rata habere. *d. l. 1. Dd. citati Menoch. d. Rem. n. 124. &
Barbos. d. c. 4. Ax. 9. tacitiq; & expressi idem iudicium. l. 4. ff. de pact.
v. Barbos. lib. 18. c. 2. ax. 2.* Imò Ratihabitio, quæ factò fit, potentior
est, quam quæ verbis, quatenus plus est facere, quam pronunciare.
*arg. l. 48. §. 3. ff. de Ædil. Edict. plusq; est facere factò quam verbo, ut
dicitur in cap. Dilecti 52. X. de App. Besold. th. Pract. voc. Genehmhab-
ung/ Gail. 2. P. P. 9. 32. Peck. 3. de test. con. 3. n. 5. & ad cap. 10. de R. I. in
R. I. in 6. n. 1. Conf. Argent. 17. n. 26. & 27. vol. 1. ubi scite notatur: Quod
hæc ratihabitio obtineat non tantum in casibus in quibus de com-
modo tacentis agitur, sed etiam in actibus præiudicialibus, ubi scil.
ultra taciturnitatem actus positivus intervenit. l. 16. ff. ad Sc. Maced.
Consentientib. Farin. 1. consil. crim. 4. n. 17. Besold. in d. voce Genehm-
habung. Cæterisque Dd. alleg. à Barbosa d. c. 4. ax. 1.*

XX. Diligenter hîc notandum quod factum Ratihabitio-
nis aliud sit certum, aliud dubium: quodque hoc non noceat, illud
verò noceat. Certum autem habetur, quando Minor directò ali-
quid ratum habuerit, ex. gr. Si Maior factus debitum acceperit &
ipse apocham reddiderit, vel tradiderit, creditorève quietaverit, ac
liberaverit. de quo in *Benedict. suis p. 2.* egit Magnific. Dn. D. Tabor,
Ictus Accuratissimus, olim Præceptor meus fidelissimus, atque Pa-
tronus omni honoris & observantiæ cultu ætatem prosequendus.
Dubium verò est, quando Ratihabitio per obliquum tantum fieri
videtur

videretur, ex. gr. Si Minor maior factus Rationes Tutoris vel Curatoris tantum modo inquirat, quod ei nullo modo nocere debet: modo honoris ergo nominatus Vir mea laude superior: Dn. D. Tab. in *pralect. ad tit. C. Si Mai. fact. rat.* Ex quibus Subdivisio hæc facile extitui posset: Quod rati habitio fiat vel directò vel obliquè.

XXI. Hactenus τὰ πρῶτα, sequuntur Rati habitio nis τὰ δευτέρως ὄντως ἰσχύουσιν; Quæ absolvuntur Consentaneis & Dissentaneis: Consentanea complectuntur. Propria & cognata, Propria continent causas, & effectus. Causæ vel sunt Externæ, vel Internæ; Causa Externa alia est efficiens, alia Finalis. Efficiens vel est Propinqua, vel Remota.

XXII. Remota est Jus Gentium, *arg. l. 5. de I. & I. l. 7. pr. ff. de pact. & Jus Civile à quo Rati habitio approbata & certis quasi finibus limitata est. v. C. I. A. tit. Mand. th. 2. & §. & tit. de C. E. th. 5. Propinqua est consensus & voluntas illorum, qui negotium ratum habent. quæ vel est Expressa, vel tacita: uti supr. *thes. 15. latius deductum. d. l. 1. §. 14. ff. Quod legat. & cap. suggestum 20. de Iur. patron.**

XXIII. Circa causam efficientem considerantur Personæ, quæ ratum habere possunt, & Assertivè & Negativè. Assertivè: Ratum habere possunt. Omnes quorum interest sive ad quos ea res pertinet. *l. 22. §. 7. l. 23. ff. Rat. rem. hab. & qui non prohibentur. arg. l. 28. §. 2. Ex quib. caus. Mai. in Integr. l. 43. §. 1. ff. de procur. l. 1. §. 1. de testib. cum hoc sit ex genere permissorum, C. I. A. tit. Mand. th. 8.*

XXIV. In specie autem ratum habere possunt 1. Dominus rei gestæ, *l. 12. §. f. & l. seq. ff. de solut. l. 1. l. 3. §. 4. l. 16. & l. 17. ff. Rat. rem. hab. l. 9. ff. de N. G. & quidem non unus tantum, sed omnes, si plurius negotium agitur, l. 18. ff. Rat. rem. hab. 2. Omnes à Domino Personæ venientes: *l. 8. §. ult. d. t.* Quales sunt non solum Successores universi juris, ut heredes, *l. 18. l. 22. §. 6. & 7. eod. l. 44. §. 6. Fam. et. c. l. 4 §. 1. in. fin. de V. O. Bonorum Possessores, l. 24. ff. Rat. rem. hab. Quod tamè limitatè accipiendum, si sc. Negotia sint talia quæ transcant ad Successores *l. 7. ff. rat. rem. hab. Tusch. d. L. R. concl. 10. n. 12. Peck. ad d. n. 9. & 10. Verū quoq; Successores Rei singularis ut Legatarius: l. 6. ff. de Except. junct. l. 3. §. 2. ff. ut in possess. legat. & c. & Emptor. arg. l. 16. §. 1. ff. Rat. rem. hab. 3. Filia restitutionem dotis patri, ea absente, factam, ratam habere potest. *arg. l. fin. pr. ff. d. t.* 4. Tutor, Curator & aliæ tales personæ, quæ alienarum rerum gubernationem***

rece-

LIBR.
MUSEI
UNIVERSITATIS
SACHSEN-ANHALT

receperunt, ea quæ actor negotiorum pupillarum vel alienorum
gessit, rata habere possunt, *arg. 3. vers. eodem observando I. de Satisd. &*
l. 9. rat. rem. hab. §. 5. Curator bonis, consensu creditorum datus, si
quem misit ad agendum vel defendendum, quæ per eum acta, fa-
cta, gesta que sunt rata habere potest. l. 9. d. r. junct. l. 2. §. 1. ff. de Curat.
bon. dan.

XXV. Negativè. Prohibentur enim quidam naturâ, qui-
dam lege. Naturâ impediuntur, qui consensum adhibere non pos-
sunt. Quales sunt Infantes, §. 9. *Inst. de Inut. stip. arg. l. 5. ff. de R. I. &*
l. 14. ff. de spons. Phil. Math. ad d. l. 5. ff. de R. I. n. 5. & 6. Furiosi, l. 2. §. 1.
ff. de Procur. arg. l. 5. l. 40. de R. I. l. 17. pr. C. ad Sc. Treb. Mente capti
& fatui, arg. l. 17. ff. junct. l. 9. C. qui test. fac. poss. l. 4. §. 3. ff. de Ædil. Ed.
quibus & iratum conferre liceat; ut rati habitio in Ira facta non
valeat, nisi irâ sopitâ accedat animi perseverantia. l. 48. de R. I. arg.
l. 2. C. ad l. lul. Mai. Huc etiam referri possunt, qui eiusmodi mor-
bo oppressi sunt, qui rationis usum impediunt, ut Morbus Comitia-
lis & Sideratio, & quivis alius qui à corpore ad animum pervenit,
ut l. 1. §. 9. l. 4. §. 1. ff. de Æd. Ed. cum animum lædat, Rati habitio nem
quoque impedit. Fatuo non malè conferas Ebrium, qui per
Ebrietatem mentis patitur exilium. Nic. Reusn. de testam. vol. 1. part.
2. c. 12. quando scil. Ebrietas hilaritatis terminos egressa menti qua-
si stuporem quendam induxit; ut Ebrius non intelligat quid agat
vel loquatur. cap. Sane caus. 15. q. 1. c. Luxuriosa & cap. Venter. Dist. 35.
Hillig. in Don. En. lib. 12. c. 22. lit. c. & l. 13. c. 19. lit. a.

XXVI. Lege prohibentur. Pupillus sine tutoris auctori-
tate, *arg. l. 59. ff. de O. & A. l. 25. ff. de Fideiuss. & Mand. pr. I. de Auct. tut.*
l. 5. §. 1. ff. eod. Prodigus, cui bonis interdictum est. l. 40. ff. de R. I.
d. l. 25. ff. de fideiuss. & mandat. notabili tamen distinctione in-
ter causam lucrativam & onerosam. Si enim Rati habitio vergat
in commodum pupilli & prodigi maximè firma est: ecquis enim
rati habitio nem eorum circa Donationem ipsis factam improbet?
cum Imp. placuerit meliorem quidem conditionem eis facere, li-
cere etiam sine tutoris auctoritate, deteriore verò non aliter
quam cum tutoris auctoritate. verba text. sunt. in d. pr. I. de auct. tut.
Tutor quoque non potest ratum habere id quod à pupillo actum,
quoniam præsens debet auctor fieri statim in ipso negotio, §. 2. I. de
auct. tut. & vivâ voce dicere se probare, id quod à pupillo agitur,
l. 3. ff. d. tit. Dn. D. Locamer. p. mem. olim huius almæ Universitatis
Ante-

Antecessor celeberrimus, Affinis meus honoratissimus, in Annotat.
ad Inst. d. §. 2. lit. a.) ubicunque enim lex jussum & presentiam pro
formâ requirit, ibi Ratihabitio locum habere nequit. Jacob. Go-
thofr. ad. l. 152. §. 2. circ. fin. de R. I.

XXVII. Finis Ratihabitiois partim coincidit, cum effectu,
partim cum causâ impulsivâ, & est utilitas; ut nimirum pro rati-
habitioe confirmetur ea, quæ ab initio, etiam minus rectè sub-
secuta sunt, quæ verba sunt Imp. in l. f. C. ad Sct. Mac. qua de re ple-
nius in thes. dicam. adinventa est insuper Ratihabitio, ut, docen-
te Wesenb. in parat. tit. Mand. n. 7. ex Cicerone pro Sext. Rosc. Sect.
III. quibus in rebus ipsi Interesse non possimus, aut nolimus, in his
operæ nostræ vicaria fides amicorum facilius ac comodiùs suppo-
natur, atq; ita commune commodum mutuis officiis gubernetur.

XXIX. Sæpè enim numero fit ut homines subitâ festina-
tione coacti nulli demandatâ rerum suarum administratione pere-
grè abeant, aut pleriq; eo animo proficiscantur quasi statim reditu-
ri, nec ob id ulli curam negotiorum suorum mandent, deinde novis
intervenientibus causis ex necessitate diutius absint: l. 5. pr. ff. de O. &
A. ne igitur indefensi rerum possessionem, aut venditionem patian-
tur, vel pignoris distractione, vel pœnæ committendæ actione, vel
iniuriâ rem suam amittant, l. 1. ff. de N. G. aut absentium bona negle-
cta pereant, Wesenb. in par. tit. de N. G. necesse est, ut præsentis ami-
ci negotia eorum ultrò suscipiant. Quod sanè absque spe Ratiha-
bitiois futuræ non facerent, arg. l. 26. ff. de Min. & t. t. de N. G. & t. t.
Rat. Rem. hab.

XXIX. Hactenus de causis Externis Ratihabitiois, se-
quuntur justo ordine causæ Internæ, quæ sunt Materia & Forma.

XXX. Materia vel est subiectiva, vel Obiectiva. Subiectum
sunt personæ ratificantes, de quibus superius satis dictum. Obiectum
Ratihabitiois sunt regulariter Res omnes factæ & præteritæ, l.
fin. ff. de bon. poss. l. f. C. ad Sct. Mac. arg. Rubr. & t. t. ff. Rat. rem hab.
Nam circa res Præsentis & Futuras non Ratihabitio, sed Consen-
sus & Auctoritas, Jussum & Mandatum versantur, l. 25. §. 4. ff. de Acq.
v. O. H. l. 9. §. 5. ff. de auct. & cons. tut. l. 5. §. 2. 3. & 4. l. 12. §. 14. ff. Mand. uti
supr. th. 10. plurib. demonstratum: pertinentes ad Ratificantem, cum
Ratihabitio in alienis locum non habeat, C. Ratum 10. de R. I. Bar-
bol. in thes. Loror. comm. Jurispr. lib. 16. cap. 4. ax. 14. n. 1. in fin. licitæ &
honestæ, quæ non sunt contra bonos mores, arg. §. 7. l. Mandat.
B vid.

Quæ. 27. Num. 3

1759

8, 2

LIBR.
S. S.



vid. C. I. A. tit. Mandati thes. 14. Quemadmodum enim rei turpis nullum mandatum, ita nec Ratihabitio, arg. l. generaliter 27. de V. O. quæ sit obligatoria scil. inter ratificantem & rei turpis susceptorem.

XXXI. Cum autem verbum Rei generale sit, l. 1. in fin. ff. de Reb. Cred. eius appellatione hoc in loco continentur omnes contractus & obligationes, l. 6. pr. ff. de V. S. ut Mutuum à Filiofam. sine consensu paterno contractum, l. fin. C. ad Sc. Mac. Venditio, l. 44. §. 1. de V. fucap. Pignus sive oppignoratio Rei alienæ, l. 16. §. 1. ff. de pignor. Stipulatio, & obligationis novatio, l. 22. ff. de Novat. Item actiones, arg. l. 56. ff. de Iudic. Actus & negotia, l. 6. §. 9. l. 9. l. 24. ff. de N. G. l. 25. C. de Don. int. vir & ux. Factum, l. 33. §. 4. ff. de in rem vers. quale est Pignoris distractio, l. 4. §. 1. circ. fin. l. 7. pr. ff. quib. mod. pign. Solutio, l. 12. §. 2. ff. Rat. rem hab. l. 12. §. fin. cum l. seq. l. 89. §. 1. ff. de solut. & c.

XXXII. Hic duæ graviores suboriuntur Quæstiones: quarum prima est, utrum Ratihabitio etiam in Nuptiis absque antecedenti Jussu Paterno à liberis dum in potestate patriâ constituti sunt contractis, locum sibi vendicet? Videtur autem Negativa opinio Juri convenientior. Arum. Cuiac. Cont. Hotomm. à Treutl. i. disp. 6. th. 5. lit. c. allegatis: idque duabus potissimum rationibus. 1. Quod Consensus Paternus pro formâ à lege hic requiratur in tantum, ut Jussus præcedere debeat nuptias, textu satis trito, pr. l. d. Nupt. Notum autem sit, quod ubi quid pro forma requiritur; non possit id per æquipollens expediri: ideoque quando jussus & consensus pro forma requiritur, Ratihabitio, cuius natura est ut retrahatur, ad initium actus gesti, per inferius dicenda. v. Vult. ad pr. l. de Nupt. n. 21. parum efficiat & operetur, prout rectè cum Dd. animadvertit. Barbos. lib. 16. c. 4. ax. 14. p. m. 468. à Legis namq; expressâ formâ recedi non potest; unde nec post tempus interposita Tutoris Auctoritas quicquam agit, §. 2. l. de Aust. tut. & l. 9. ff. eod. Jacob. Gothofr. in Comm. ad l. 152. §. 2. ff. de R. I.

XXXIII. 2. Quod eiusmodi nuptiæ sine consensu de facto initæ non sint illegitimæ, sed ipso jure nullæ. per ea quæ habentur, in §. 12. l. de Nupt. & arg. l. Si uxoris 13. §. 6. ff. ad l. iul. de Adult. Vult. ad pr. l. de Nupt. n. 18. At quod ipso Jure nullum est, illud ratum haberi nequit. quo de Axiomate, th. 43. planior dicendi campus se aperiet. v. Bachov. ad Treutl. f. d. loc. lit. c. & magni Nominis Jctus Dn. D. Ludvvel. in Comm. ad Inst. tit. de nupt. ad pr. n. 8.

XXXIV.

XXXIV. Hic tamen non prætermittenda est distinctio: quam tradit Vir Ampliff. & Nobiliff. Dn. D. Rebh. Evergeta meus jugiter venerandus in *Isagog. Iustin. Disp. 2. ad Tit. d. parr. pot. th. 5.* Quod nempe multum interfit, an pater filium suum contrahere nuptias sciat, an verò ignoret, & si sciat Pater, utrum cōtradicat, an non. Eo enim non contradicente; Nuptiæ ex ipso tacito consensu Patris legitimæ & justæ sunt. *arg. l. 11. §. ult. ff. de his qui nor. In f. l. 7. §. 1. ff. de Spons. l. 5. C. de Nupt.* Si verò contradixit initio Nuptiis, & postea cōsentit, tunc ex eo demum tempore, quo Jussum parentis supervenit eæ fiunt legitimæ, *d. l. 13. §. 6. ff. ad l. 1. de Adult. nec in præteritum vitio commissio medetur, l. 9. C. de Nupt. Dn. D. Fransk. 2. Exerc. 5.* Si pater ab initio ignorat Nuptias contrahi, & ex post facto demum resciscit, sane si statim consentit, eo casu ab initio consensisse intelligitur, *l. 11. ff. de Rit. Nupt.* at si dissentit tunc nuptiæ non sunt justæ, nec de Jure subsistere possunt. *d. l. 9. C. de Nupt. Conf. C. I. A. de Rit. Nupt. th. 7.*

XXXV. Non autem putandum est Consensum illum postea adhibitum, esse Ratihabitionem. Ratihabitione enim ad Negotii facti principium retrahitur, ita ut res jam inde ab initio legitima fuisse videatur, *l. fin. C. ad Sc. Mac. de quo Effectu Ratihabitionis agam inferius, consensus verò Patris hic non retrahitur aut retrocurrit: quod probatur ab effectis, quia tum demum matrimonium esse incipit, cum pater consensit, vel expressè vel tacitè, s. dd. 11.* Et hoc est quod *Imp. d. pr.* dicit jussum debere præcedere, *Cothm. 1. Resp. I. n. 78. & 5. Conf. 41.* Jussus enim est consensus antecedens, auctoritas est consensus in ipso negotii actu interpositus. Ratihabitione est consensus, qui negotium perfectum insequitur, uti supra latius deductum. Quoniam autem matrimonium sine consensu paterno nullum, id quod *th. preced.* satis probatum; non video quomodo Ratihabitione inibi locum habere possit.

XXXVI. Subsequitur nunc altera quæstio: Gesta per Falsum Procuratorem an post sententiam à Domino in sui commodum ratificari possint? Constat inter omnes quidem quod Dominus per falsum Procuratorem (cuius triplicè acceptionem, explicat *Gail. 2. obs. 47. n. 1.*) gesta ante sententiam indistinctè rata habere possit, sive in sui præiudicium, sive favorem & commodum lata sit sententia. *text. express. in l. 56. de Iud.* Similiter dubiū non est quin in sui præiudicium Dominus possit etiam post latam sententiam ratificare

NET
RS.

12711111

re gesta falsi Procuratoris, l. 3. §. 1. ff. Rat. rem. hab. verum an idem obtineat, si sententia pro Procuratore sit lata, ut inde commodum ad Dominum redundet: non ita expeditum est. Habet enim hæc quæstio utrinque strenuos suos Assertores, quos vide-*sis* cumulat-*os*, apud Gail. i. Obs. 47. & Berlich. *concl. pract. part. 1. concl. 14. n. 124. & multis seqq.* neque adeò levis visa fuit juris interpretibus, tum veteribus tum recentioribus, & Theoreticis & Practicis, quin eam magnæ ingenii fatigatione examinandam duxerint.

XXXVII. Quamvis autem non pauci, summæ authoritatis Viri negantium opinionem sectentur. quos inter cum Mynsing. Fachin. & Treutl. est ipse Berlich. *d. concl. 14. n. 134. & seqq.* Affirmativa tamen verior, benignior ac receptior videtur, Gail. *d. c. 47. n. 5.* eiusque Asserclis, propter textus in *d. l. 56. ff. de jud. generalitatem*, quæ non ita facilè ad certam speciem restringi potest. Imputet enim sibi pars adversa; cur mandatum diligentius non examinaverit, & exceptionem falsi procuratoris non opposuerit; Præsertim cum actus alterius nomine gestus, qui ab initio omnia habet essentialia, & ex defectu consensus tantum redditur nullus, eo superveniente convalidetur, *l. fin. C. ad Sc. Mac. l. 16. §. 1. ff. de pign. cap. 10. de R. I. in 6.* Et tempus etiam post sententiam Ratihabitioni interponendæ congruum sit, *d. l. 3. §. 1. l. 22. §. 2. & 3. Rat. rem. hab. l. 6. §. 2. ff. de condict. indeb. l. 23. ff. de N. G. Tim. Fab. i. annot. 20. & Hillig. ad Don. enucl. 18. C. 12. lit. G. & cap. 14. lit. a.* Atque ita in Camera Imperiali in causa Habsperg contra Majorin conclusum fuisse testatur, Gail. *d. cap. 27. n. 4.* cuius opinionem fovent, Ulm. *ad process. disp. 3. thes. 6. n. 31. & C. I. A. tit. de Procur. th. 102. & tit. de Neg. Gest. th. 13.* ubi statuit, quod affirmativam sententiam suadeat æquitas & litium minuendarum favor.

XXXVIII. Materiam excipit altera causa Interna, Formæ, quæ vel est Ratihabitionis constituendæ, vel jam constitutæ. Formæ Ratihabitionis constituendæ duplex est, vel Essentialis sive intrinseca, vel accidentalis sive extrinseca.

XXXIX. Essentialis varia habet προκειμένα seu requisita. Requiritur enim r. ut negotium meum sit: quoniam alienum negotium (nisi aliquid ex eo ad me pervenerit) frustra ratum habeo, *l. 6. §. 9. 10. & II. de N. G. Aug. Barbof. d. lib. 16. cap. 4. ax. 14. n. 4. circ. fin. meoque nomine, l. 13. ff. de prec. cap. cum quis 23. de Sent. Excom. in 6. ac mei*

ac mei contemplatione gestum, d.l.6. §. 6. ff. de N. G. C. I. A. d. tit. th. 37. cum quis ratum habere nequeat, quod ipsius nomine non est gestum. cap. 9. de Reg. I. libr. 6. ibiq; Petr. Peck. imprimis n. 6. & 7. per rationes dubitandi & decidendi hanc regulam egregie declarat, quorsum Lectorem Benevolum brevitatis ergo remitto. Gail. lib. sing. de pignorat. Obs. 5. n. 3. vers. quod usque. ubi hanc regulam Pignorationi accommodat, ita ut Dominus Pignorationem alterius nomine & non sui contemplatione factam ratam habere non possit. Dicitur autem negotium nostrum adeoque, nostro nomine gestum quatuor potissimum modis: primo cura & sollicitudine; ut in tutoribus, procuratoribus & administratoribus, qui propter neglectam administrationem tenentur. Nam cum ex officio eis incumbat necessitas gerendi, consequens est suum videri negotium: Deinde Reipsa, cum in rem alienam quid impendo: Tertio Ratihabitione; cum quod alieno nomine gessi, ille ratum habet, & nisi ratum haberet, nihil ad eum pertineret, s. d. l. 6. §. 9. ff. de N. G. Denique ipso Gestu, cum creditori alieno solvi ipso ignorante vel invito, l. solvendo 39. ff. de N. G.

XL. Recte autem dicta Regula, cap. 9. à Doctoribus limitatur; ut non procedat, si agatur de præiudicio Ratiificantis per l. 16. §. 1. ff. de pign. l. 3. C. de R. V. Tiraquell. de Retr. lig. §. 1. gloss. 9. n. 255. Tusch. d. concl. 10. num. 10. quod ampliatur, ut Ratiificatio talis procedat in præiudicium ratum habentis etiam eius, quod suo nomine gestum non est. d. l. 16. §. 1. Deci. in l. semper n. 22. de R. I. Gramm. Decis. 133. n. 12. Tiraq. d. gloss. n. 248. Sed hoc tamen obtinet quidem in civilibus & contractibus, non autem in criminalibus & delictis, Farin. 1. consil. 104. (quod Barbof. pro cons. 10. allegare voluit, d. cap. 4. ax. 15. in fin.) n. 18.

XLI. 2. Ut negotium me incio, vel si sciero, invito, sit gestum: Quod si enim me à principio sciente nec reclamante esset factum, tunc non ratihabitio, sed mandatum ac consensus locum inveniret. l. 60. ff. de R. I. ibiq; cum car. Dd. Hippol. à Collib. Phil. Math. n. 1. usque ad num. 5. & Jacob. Gothofr. add. Hillig. in Don. Enul. 12. C. 27. lit. A. & à me tradita supr. th. 34.

XLII. 3. Ut habeam ratum tanquam gestum nomine meo. Cum ratum habere possim factum, licet non qualitatem facti, seu quod sit factum nomine meo, arg. l. cum Interdicta 6. C. arb. tut.

B 3

ibiq;

739.

8, 2

NET
ERS.

12711111



ibiq; Gothofr. in not. lit. e. Bartol. in l. Pomponius 9. ff. de N. G. & in l. 1. §. 14. ff. de vi & vi arm. Confer. etiam Farin. d. cons. 104. n. 18. & lit. e. & Peck. s. d. loc. n. 5. p. m. 128.

XLIII. 4. Ut actus, qui ratificatur sit validus; quia ratificari non potest, quod per se irritum ac nullum est, cap. auditis 29. de Elect. Oldr. cons. 332. n. 2. vers. primo quia hac appellatio vel non tenet, cap. examinata 7. X. de confirm. util. vel inutil. Innocent. in cap. dilecti X. de Empt. Vend. & cap. Prudentiam n. 4. X. de offic. del. Cum enim initium vitiosum est, tunc illud quod subsequitur eadem morbi contagione laborat. Sicut tradit Petr. Peck. excellens Jctus (ita, nec immerito, vocatus in Conf. Argent. 1. Conf. 51. n. 32.) in Regul. Non firmatur n. 2. de R. I. lib. 6. Surd. Decis. 245. n. 5. cum seqq. & consil. 183. n. 34. & 35. Alex. Trentacinq. V. R. lib. 2. tit. de procur. resol. 9. n. 8. Card. Tusch. d. lit. R. concl. 24. ubi n. 3. supra dictam regulam declarat, quod intelligenda sit; quando defectus est absolute in causa efficiente, ut: quia faciens actum impeditur simpliciter & absolute, quoniam non habet in se id quod necessario ab initio requiritur: & tunc quia actus est ac si factus non esset, non potest ratificari talis actus: Secus si defectus in causa efficiente est, propter accidens seu qualitatem accidentem & supervenientem, & tunc talis agens Jure facit, sed non habet effectum, & isto casu potest ratificari actus. Exemplum prioris desumi potest à Laudo Arbitri: hic enim si pronunciaverit super non contento in compromisso, laudum nullum est, quoad hoc, adeo, ut licet laudum à partibus ratificetur, non tamen convalidetur, (liceat sic cum Dd. loqui) quoad laudata non compromissa, Bald. cons. 309. cum essent plures, n. 2. vers. sed pone lib. 1. Posterius declaratur ex Emptione nomine Titii, sine præcedente mandato facta. Hac enim Emptio in se quidem valida est, sed propter qualitatem accidentalem, (quod scilicet sine mandato facta esset, nullum habet effectum quoad Titium, nisi ipse eandem, quod ab eius libero dependet arbitrio) ratam habeat, atque ita intelligendum axioma, Barbof. d. cap. 4. ax. 5. Rati habitio- ne sequenti confirmari id quod ab initio non tenuit. add. Conf. Argent. d. cons. 51. n. 33. & seqq. Petr. Peck. d. cap. 10. n. 5. pag. mihi 129. Menoch. recup. poss. rem. 15. n. 140. & multis seqq.

XLIV. 5. (Quod à præcedenti requisito non multum dif- fert)

700
fert) ut Res sit Integra, sive ut ratihabitio fiat re adhuc integrâ. Ea enim quæ interponitur re non integrâ, nihil operatur, perinde ac si facta non esset, Alex. *conf.* 78. n. 23. *conf.* 81. n. 6. *lib.* 5. *conf.* 100. *vol.* 3. Tusch. *d. lit. R. concl.* 21. Trentacinq. *d. Resol.* 9. n. 7. Hier. Giach. *de Syndicat. consil.* 1. n. 58. Barbof. *d. cap.* 4. *ax.* 14. confer. ea, quæ subsequuntur in *rh.* 46. & 47.

XLV. 6. Ut Ratificans sit certus, & plene instructus de actibus ratificandis, sive ut habeat plenam scientiam eius quod ratificat, uti ex Ruin. & Paris. refert Menoch. *consil.* 2. n. 295. siquidem ratificatio nulla cadit in ignorantem ac errantem, l. 15. ff. *de Iurisd.* post Bald. Menoch. *recup. poss. rem* 15. n. 144. & *conf.* 439. n. 5. P. Peck. *d. cap.* 9. n. 7. pag. m. 132. nec operatur circa incognita, Jason. 4. *consil.* 104. sed accuratam certamque scientiam requirit, quod ratificari debet, Menoch. *conf.* 283. n. 36. atque idè ut ratificare non dicitur, qui ignoranter aliquid facit: Menoch. *conf.* 246. n. 40. ita quoque ratificatio actus non nocet ei, qui rei qualitatem ignorat Menoch. *conf.* 11. n. 329. Exinde sequitur: ad ratificationem requiri, ut omnia gesta clarè lecta & planè intellecta fuerint: Oldr. 5. *consil.* 329. Cæterique Dd. laudati, Barbof. *d. c.* 4. *ax.* 5. adiung. Tusch. *f. d. concl.* 8. n. 2. & n. 12. *cum seqq.* & *conclus.* 18.

XLVI. Circa formam *Extrinsecam* notandum 1. Quod Ratihabitio tempore congruo, & quo principalis negotium gerere potuit, facienda sit, Rosenthal. *de Feud.* 6. 67. 4. 311. sive (ut paulò obscurius, Panor. in *cap.* 1. n. 10. *de convers. infidel.*) Quod extrema debeant esse habilia ad illum actum perpetrandum, secundum tempus in quo actus gestus est, & ratihabitiois tempus. Deficiente enim uno istorum, ratihabitio non procedit, quia, Juris fictione retrahitur, quæ ad impossibilia non extenditur, arg. l. 14. *de locat.* Barbof. in *thes. loc. com. lib.* 6. *cap.* 13. *ax.* 2. n. 3. Huius rei sequens exemplum subministrat Panorm. *d. loc. thes.* Quidam commisit homicidium nomine infantis, cuiusdam Infans Maior factus id ratum habet, Ratihabitio non retrahitur, nec quicquam operatur. Quia impossibile erat tunc temporis, quo homicidium perpetrabatur Infantem tale delictum mandare: Illud Doctores appellant extremum ad quod. Exemplum extremi à quo huiusmodi formare licet. Habebam terminum ad aliquid agendum, amicus quidam meus egit illud; Ego elapso demum termino habui ratum. Quæritur
utrum

3
8, 2
MET
ERS.
12/11/11

utrum hoc sufficiat? Rectè negatur à Paris. *d. loc.* ratione eà quò-
miam post terminum non potuissent vetè facere, ergo nec fictè. huc
maximè spectat. *Eleg. text. legis 24. ff. Rat. rem. hab. & gloss. in cap.
quam sit 6. de Elect. & elect. pot. in 6. Bartol. in l. Si is qui 15. ff. de usucap.
& in l. Gallus 29. d. lib. & posthum. Alex. conf. 135. n. 6. ubi plen. apost. in
ver. intra temp. lib. 12. Card. Tusch. d. l. R. concl. 22. n. 5.*

XLVII. 2. Quod Solennitas, quæ requiritur in primo actu
qui ratificatur, eadem necessaria sit in ratihabitione, *Gemin. conf.
128. vers. Sed quando iura &c.* cum ratificari non possit sine solenni-
tate id, quod ab initio fieri non possit sine solennitate, *Innoc. in
cap. cum dilecti de Empt. & Vend. ex. gr. Quemadmodum Appellatio
intra 10. dierum spatium à recitatione sententiæ connumerandum
interponenda, Auth. hodie, C. de Appell. Nov. 23. cap. 1. cap. 36. X. de re-
sib. & cap. 15. de sent. & re jud. ita eiusdem Ratificatio intra decen-
dium facienda, ac proinde sicut Appellatio non valet, post 10. dies,
ita nec Ratihabitio. *Bald. conf. 417. casus talis est, n. 4. ver. Sed ultra
lib. 2. ubi apost. in ver. intra tempus.**

XLIX. Quod tamen limitatur in præiudicium Ratifican-
tis: hoc enim casu sufficit Ratificatio etiam decendio jam elapso in-
terposita, & non audiretur, si allegaret propriam turpitudinem
quod non ratificaverit intra decem dies, *Oldr. Conf. 326. in fin. n. 18.
ver. nec etiam obst. & latius conf. 328. n. 15. & seq. ver. dicatur non vale-
re, Card. Tusch. d. concl. 8. n. 8. & concl. 22. ferè per tot. aliud exem-
plum constitui potest in ratihabitione Expectativæ. Nam sicut
expectans non potest acceptare Literis expectantiæ non expeditis,
ita si expectativa est nulla, & obtinet gratiam convalidantem ac ra-
tificantem, non poterit acceptare, nisi pariter expediverit literas hu-
ius secundæ gratiæ ratificantis. *Gemin. Conf. 128. n. 6. ver. ad Idem.*
Ita eadem solennitas in ratificatione alienationis Rei Ecclesiasticæ,
quæ in ipsâ alienatione principali, requiritur. plura hac de re con-
gessit, *Besold. s. d. loc. & Tusch. d. n. 8. & seqq.* Hinc fluit, quod Ratifi-
catio absentis non confirmet id quod in præsentia Ratificantis fieri
debuisset, exemplo. §. 2. *I. de auct. tut.* vid. hoc latius explicantem
*Speculat. tit. de Dilationib. §. nunc videamus, vers. sed pone. Henric.
ad c. mulieres de sent. Excom. Bohick. in l. si proponas C. de Nupt. l. Nupt.
18. ff. de Rit. Nupt. Calcan. conf. 57. n. 6.**

XLIX. 3. Quod actus, sive negotium tale sit, ut per alium
expe-

767.
expediri possit, ut contractus, solutio, &c. item adulterium. Si sc.
illud committeretur nomine meo, non libidinis causa, sed in vitu-
perium alicuius. Obtinet ergo hoc requisitum in Civilibus, secus
in criminalibus & delictis: Bald. in l. un. §. ne autem, C. de Caduc. toll.
Angel. in sum. de cas. consc. voc. Consensus, n. 4. circ. fin. Francisc. Marc.
Decis. 423. n. 28. Capr. concl. 80. n. 65. cum seqq.

L. Ad Formam Ratihabitionis constituendæ insuper perti-
net: Quod Ratihabitione fiat vel *expressè* vel *tacitè*; nisi quando Lex
pro forma expressam ratihabitionem exigit. Peck. ad cap. 10. n. 1.
pag. m. 135. in fin. & ad cap. 43. & seq. de R. I. in. C. Expressè: vel *verbis*
inter præsentes, d. l. 5. Rat. rem. hab. vel *Literis* ac per *nuncium* inter
absentes, arg. l. 65. ff. de procur. l. 1. pr. ff. Mand. l. fin. C. ad SCr. Maced.
Bartol. ad l. 9. ff. de N. G. & ad l. 12. ff. Rat. rem. hab. nisi Lex præsen-
tiam requirat, uti modo th. 48. probatum. Tacitè vel silentio, re
ipsa & facto. & quod fiat vel directò vel per obliquum, qua de re
superius in divisione satis prolixè actum. Fiat denique non modo
purè, sed etiam sub conditione, sicut mandatum, l. 1. ff. Mand. add.
C. I. A. tit. Mand. th. 17. circ. fin. vel in totum, l. 4 §. 1. ff. de V. O. vel pro
parte, l. 17. & 18. ff. Rat. rem. hab. Nec ulla est pugna inter, d. l. 4. §. 1.
& has duas ll. seqq. Cum contineant casus diversos; in d. l. 4. §. 1.
Enim quando Dominus ipse cavit se, *heredemq; suum ratum habitu-
rum*, quod egerit Procurator, non est dubitandum, quin ex hac suâ
promissione in solidum ratum habere teneatur, Multò aliter au-
tem se res habet; Si procurator istam cautionem *Dominum heredem-
ve ratam rem habiturum* interposuerit, tunc ex illa promissione
Dominus non obligatur, ideoque petitionis partem tantum ratam
habere potest. Cuiac. ad l. 4. Pac. cent. sept. évart. quæst. 49. C. I. A.
lib. 46. t. 7. th. 31. n. 7.

LI. Forma Ratihabitionis constituta concernit Ratihabitionem,
vel in se simpliciter, qua est Ratihabitione, vel per accidens, quæ est
controversa seu litigiosa. Priori modo Forma Ratihabitionis con-
stitutæ consistit in consensu ac comprobatione negotii à me, vel à
falso Procuratore, aliove meo nomine gesti. l. 12. §. 1. ff. Rat. rem. hab.
l. 17. ff. cod. l. 13. ff. de precar. ubi circa hanc formam notandum, quod
Ratihabitione, respectu Ratum habentis, & Negotium Gerentis, uti
& resp. executionis, sit stricti Juris, nec ultra quam actum est, ex-
tendatur, Wesenb. I. Conf. 3. n. 48. & 49. per l. 35. ff. de pact. & l. 9. ff. de
trans-

LIBR.
MUSEI
UNIVERSITATIS
SACHSEN-ANHALT



transact. & in terminis Ratificationis Instrumenti reddendarum
rationum, ita decidit per multa Socin. *consil.* 158. *in presenti*, num. 30
vol. 2. Menoch. 23. *consil.* p. m. 145. n. 40. Tusch. *d. lit. R. concl.* 15. *in pri-*
mis, n. 16. & *seqq.* Barbof. *d. cap. 4. ax.* 3. utut cæterâ naturâ sua & re-
spectu actionis sit bonæ fidei.

LII. Posteriori modo, & quoad formam Ratihibitionis
constitutæ, quâ non simpliciter consideratur, sed ex accidenti, ut
est litigiosa & controversa, observanda est præcipuè forma probandi.
Quoniam enim Ratificatio regulariter non præsumitur, ideoque,
ut probetur necesse est, Mascard. *de prob.* vol. 3. *conclus.* 1255. n. 1. *allega-*
tus à Vult. 2. *Cons. Marp.* n. 22. Ruin. *cons.* 48. n. 12. vol. 1. Paris. *cons.* 47.
n. 97. vol. 1. Quamvis in casibus ubi præsumptio locum habet, fa-
cilis præsumatur, quàm mandatum, *arg. l. 10. C. de P. H.* Socin. *cons.*
46. *column.* 2. *vers. præterea*, vol. 3. Dec. *cons.* 192. n. 2. Bertazol. 1. *consult.*
Decis. cons. 1. n. 19. Port. *comm. opin. concl.* 29. *lim.* 7.

LIII. Circa hanc autem probandi formam, duo attenden-
da: 1. *Modus probandi.* Deinde *Res sive Materia probanda.* Quo-
ad prius probatur Ratihibitio probatione inartificiali. Artificialis
namque huic loco non convenit. confer. C. I. A. *lib.* 22. *tit.* 3. *th.* 3. n. 3.
vel per testes ad minimum duos, *arg. l. 12. ff. de test. C.* 23. & 28. X. *cod.*
vel per Instrumenta tum publica (quæ Doctoribus dicuntur Proba-
tiones probatæ. Bald. *in l. imperato*, n. 10. *ff. de Stat. hom.* Hyppol. *in*
Rubr. C. de Probat. n. 3. Joseph. Ludov. *Decis.* 50. n. 5. *Decis.* 76. n. 13. &
Decis. 82. n. 3.) tum privata; qualia sunt Calendarium seu Codex ra-
tionum, *l. 41. d. R. Cr. l. ult. de pecul.* l. 6. C. de *probat.* Privata anno-
tatio seu subnotatio, quæ memoriæ causa fit, *l. 5. C. d. t.* Chirogra-
pharium Instrumentum, *l. ult. C. si oert. per.* Securitas, *l. 18. C. de te-*
stib. l. 14. C. de *non num. pec.* quam vulgò Quitanciam appellant. So-
cin. *cons.* 119. vol. 2. n. 21. Wehn. *pract. Obs. verb.* *Quittanz/ Quittung.*
Epistola, l. 26. §. 2. *ff. Depos.*

LIV. Quod tamen limitatè intelligendum de Instrumentis
ab ipso Ratificante conscriptis, cum Scripturæ privatæ fides adhi-
beatur tantummodo contra scribentem, *d. l. 26. §. fin. ff. depos.* We-
senb. 1. *cons.* 12. n. 46. Probatur etiam propriâ confessione Ratifi-
cantis, quæ est probatio omnibus melior & efficacior, quæ fieri
possit. v. Barbof. *lib.* 3. *cap.* 44. *ax.* 12. & Juramento, quod vim plenæ
probationis habet. de quo fusiùs Barbof. *lib.* 9. *cap.* 93. *ax.* 37.

LIV. se-

702
3
8, 2

LV. *Secundo* Materiam probandam quod attinet, probari debet: 1. Ratificantem perfectam habuisse negotii scientiam. Bald. in rubr. C. qui admitti. Cravett. conf. 197. in fin. cum ratificare non dicatur, qui ignoranter aliquid facit, Conan. in Comm. Jur. Civ. lib. 17. p. m. 461. 2. Negotium nomine ratificantis gestum esse, quoniam, ut supra demonstratum, ratificari nequit, quod ratificantis nomine gestum non est, d. cap. Ratum. 9. Probabitur autem negotium meo nomine verè esse gestum ex eo, quod is, qui gessit, sciverit negotium ad me pertinere, deinde quod protestatus sit, se nomine meo gerere. Quid enim, inquit Paulus (in l. Nefennius. 34. ff. de N. G.) si etiam protestata est mater, se filium idè alere, ut aut ipsum, aut tutores eius conveniret? Denique si amicitiam docuerit, ex qua coniciendum sit, meo nomine potius gessisse eum, quàm suo, aut alterius. d. l. 6. §. 6. de N. G.

LVI. 3. Quod Ratificans approbaverit negotium tanquam suo nomine gestum: cum simplex approbatio facti hic non sufficiat: quia quis factum quidem approbare, qualitatem verò eius improbare possit. arg. l. 3. §. fin. ff. Rat. rem. l. 6. C. arbitr. tut. ibiq. Goth. in not. lit. e. Card. Tusch. d. t. 6. lit. R. concl. 8. n. 12. & seqq. imprimis n. 20. per tradita, in th. 42. vid. Bartol. in l. 9. col. pen. ff. de N. G. & l. 1. §. de fecisse, versic. etsi quod alius, n. 1. & 2. in fin. de vi & vi arm. Aretin. conf. 163. n. 3. colum. 5. in fin. vers. nec dicat. Natt. consil. 194. n. 12. & 14. Octav. Cacheran cons. 65. n. 37. & Dd. alii quam plures citati à Farin. 1. consil. 104. n. 18. Barbof. sæpe laudato, cap. 4. ax. 4. 4. Quoad Ratificationem, quæ ex facto inducitur, factum ita probandum, ut demonstretur, illud citra ratificationem fieri non potuisse. Cravett. conf. 197. n. 12. quem citat Besold. in thes. pract. voc. Genehmhabung. Tantum de Forma & Causis Ratihabitionis tam Internis, quam Externis. Sequitur Effectus.

LVII. Effectus Ratihabitionis respicit, vel Ratificantem, vel negotium gerentem, vel Tertium, quo cum negotium gestum est, vel est his omnibus communis.

LIIX. In persona Ratificantis considerandi Effectus primus, & Ortus. Effectus primus, sive immediatus, qui ex ipsa ratihabitione absque ullo extraneo facto interveniente locum habet, est, quod Ratificans negotium ab alio suo nomine gestum reddat suum, perinde ac si ipse illud peregisset, vel mandasset, arg. l. 3. C. de R. V. l. f. C.

LIBR.
MUSEI

12711111



ad SCtum. Mac. l. 4. C. de usuc. pro empr. l. 12. §. f. ff. de solut. Bald. consil. 379. Card. Tusc. d. lit. R. concl. 70. n. 3. Sichard. ad rubric. & l. 9. C. de Neg. Gest. n. 3. Bach. in Comm. ff. d. t. cap. 2. n. 1. in fin. & Gothofr. in not. ad l. 7. §. 1. C. quod cum eo, lit. c. Ideoque Ratum habens dicitur Auctor facti, l. 11. §. 1. de aq. pluv. arcend. in fin. ubi Bald. & Gothofr. Consil. Argent. 63. n. 123. vol. 1.

LIX. Quod ampliatur, ut ratum habens constituat etiam negotium suum, quod ab initio suum non erat, sed sui tantum contemplatione quæsitum: Nam si gero negotium tanquam Titii, quod licet haud sit Titii, tamen nec alterius: tunc eius rati habitio facit ut negotium, quod aliàs nullo modo ad eum spectabat, incipiat & censeatur esse suum, & locus fiat actioni negot. gestorum. l. 6. §. 9. ff. de N. G. Cuius ratio porro, in d. §. 9. redditur: Quod Titio illa pecunia indebita ab eo, qui falso procuratori solvit, condici potest, l. 6. §. 2. de condict. indeb. & proinde eius negotium esse censeatur, ac ipsi actio contra eum, qui exegit, danda sit. quod etiam probatur, per l. 80. §. 5. ff. de Furt. & idem obtinet in casu, si negotium gessi, quod fuit alterius, sed quod tamen etiam eius, cuius nomine gessi, potuit esse, & qui proinde ratificando ad se negotium quasi trahit. d. l. 6. §. 10. v. latius hac de re differentem Bach. in Comm. ff. ad tit. de Negor. Gest. cap. 2. n. 2.

LX. Facit autem Ratificans negotium suum in sui vel commodum vel præiudicium, hinc dici potest Effectus vel Lucrosus vel Onerosus.

LXI. Lucrosus, est Obligatio, quâ Ratificans alterum sibi obstringit, qui aliàs eidem obligatus non fuit: præter exemplum (de eo qui Titii nomine pecuniam indebitam exegit, & ideo à Titio conveniri potest, si is illam exactionem suo nomino factam ratificaverit, d. l. 6. §. 9.) in th. præced. 58. allatum, aliud desumere licet ex l. 9. C. de N. G. Si quis enim alterius pecuniam nomine eius sine mandato à Debitore exigit, tunc actus iste creditori quidem nihil præiudicat, cum nihilominus debitorem suum retineat obligatum, salvâ adversus eundem actione: ideoq; etiam adversus falsum procuratorem debitum exigentem nullam intentare poterit actionem, nisi ratam habuerit eiusdem exactionem. Quæ Rati habitio generatim producit effectum, eumque diversum. Eâdem enim liberatur debitor, qui antea obligatus remanebat, & obligatur è contra.

703
contrario pecuniæ exactor, qui ante ratihabitionem creditori nullo modo fuit obligatus.

LXII. Commodum autem ex hac ratificatione exinde patet; Quia debitore post solutionem negotiorum gestori factam fortè ad incitas redacto, Creditor debitum suum amittit; cum is nullam videatur actionem habere cui propter inopiam adversarii inanis redditur actio; *l. 6. ff. de dol. mal. Barbof. lib. 9. cap. 66.* Non aliter ergò ipsi succurritur, nisi ratihabitane, ob quam pecuniam suo nomine exactam à falso procuratore negotiorum gestorum actione consequi potest. Maius Ratificationis lucrum colligi potest ex casu *d. l. 6. §. 9.* ibi enim etiam is, cuius nomine pecunia falso procuratori indebitè soluta est, eandem pecuniam actione negotiorum gestorum ab exactore eius petere eademque liberrimè tamdiu uti frui potest, donec illa à solvente condictione indebiti repetatur, *d. §. 9.* cui nullas præstare tenetur usuras; *per l. 1. C. de condict. indeb.*

LXIII. Item Dominiū acquisitio, quæ fit vel per ipsum Ratificantem, vel per quemvis alium. Acquisitionis, quæ per ipsum ratificantem fit, exemplum constitui potest in donatione & pollicitatione: Ex iisdem enim tum demum obligatio oritur, & res acquiritur, cum à Donatario accepta & rata est habita, *l. 10. l. 19. §. 2. l. 26. ff. de Don. l. 69. l. 156. in fin. de R. I. Ampliff. & Consultiff Dn. D. Bicc. in aure. suis; sect. 3. th. 51.*

LXIV. Acquisitio per alium fit, bonorum possessionis ab alio agnitæ Ratihabitione, modo eadem tempore congruo interponatur, *l. 24. ff. Rat. rem. hab.* Item si quis sua sponte rem emerit meo nomine, tunc illa, nisi ratam habuero emptionem, mihi non acquiritur. *l. 42. ff. de A. vel A. P. Dn. D. Locam. p. m. ad §. 5. l. per. quas person. cuique. lit. a.*

LXV. Effectus onerosus est obligatio, quâ Ratificans, vel negotiorum gestori, vel Tertio, cum quo negotium eius nomine gestum est, obstrictus est; de qua mox dicam *thes. seqq.* Efficit autem ratihabitio, ut quis reprobare non possit semel probatum, licet etiam negotium malè gestum sit, *l. 9. ff. de N. G. l. 4. C. de usuc. pro empt. arg. l. 5. C. de O. & A. Costal. ad d. l. 9. Barbof. lib. 1. c. 75. ax. 5. vel aliàs illud potuerit non probare; l. 24. ff. de N. G. l. 9. l. 12. C. eod. l. 80. §. 5. ff. de Furt. l. 62. de solut. l. 3. C. de R. V.* ita tamen, si non ex alia causa agatur, *d. l. 9. de N. G. C. I. A. d. tit. th. 4. n. 1.* imò etiam, si Dolus gestor

8, 2
NET
ERS.

12211111



gestoris adfuerit. *arg. l. 27. §. 3. ff. de pact. nisi tamen is dolus esset, quem Dominus non cogitarit, l. 35. ff. eod. l. 5. l. 9. §. 1. ff. de transact. Quod enim semel placuit, amplius displicere nequit. cap. Quod semel 21. de R. I. in 6. Thom. Thomasset in floribus legum regul. 266. Card. Tusc. pract. concl. tom. 6. lit. Q. concl. 48. Cæterique Dd. laudati à Barbof. lib. 15. c. 8. ax. 8. Hæc de effectu primo ex parte Ratificantis.*

LXVI. Effectus ortus, est actio, quæ competit Ratum habenti adversus negotium gerentem. *l. 7. §. 1. C. quod cum eo, qui. Estq; vel mandati, arg. l. 60. ff. de R. I. vel negotiorum gestorum, sæpe laudata l. 6. §. 9. & seq. l. 9. ff. & C. de N. G. l. 3. C. de R. V. Utraque directa. Gloss. ad d. l. 9. ff. de N. G. in Casuatione, & bonæ fidei, §. 28. l. de act. v. Sich. ad rubr. C. de N. G. n. 4.*

LXVII. Illud autem hîc probè notandum. Fieri non posse, ut inter easdem personas eiusdem rei nomine actio & mandati & negotiorum gestorum competat; illa enim verum; mandatum, semper requirit, hæc verò mandatum verum semper repudiat. *l. 6. §. 1. l. 20. §. 1. 58. pr. mand. l. 5. pr. l. 6. pr. l. 32. pr. & §. 1. l. 46. ff. de N. G. l. 12. 14. 16. C. eod. Vir Amplifl. & Consultifl. Dn. D. Bicc. in aur. sect. 4. th. 116.*

LXVIII. Nec in contrarium facit Juris axioma tritissimum, de quo mox plenius agam, quod rati habitio mandato comparetur: Procedit enim hæc æquiparatio, quoad effectum quidem obligandi, non verò quoad effectum actionis producendæ, sive non quoad genus actionis, ut protinus hinc actionem mandati nasci oporteat. *Gloss. & Dd. in l. 9. C. de N. G. Bach. in d. comm. ff. de N. G. cap. 2. n. 2. pag. mihi 880. Barbof. lib. 16. cap. 4. ax. 14. declar. 2.*

LXIX. Ponendi ergò sunt termini habiles, ut ob ratificationem mandati actio possit locum habere, perinde ac si initio mandatum intervenisset, ac distinguendum in casu ubi Rati habitio, quæ *d. l. 60. de R. I.* actionem mandati parere dicitur, accedit, utrum ad negotium, quod geri cœptum, nondum autem consummatum est, accedat; nam hoc casu mandati nascitur obligatio: qui enim in eo negotio probat præteritum, is mandat futurum, *C. I. A. tit. Mand. §. 46. v. g. qui mandat Titio pro se ut fideiubeat, idem videtur ei mandare ut solvat pro ipso, l. 47. in fin. de cond. indeb. l. 42. §. 2. in fin. de procur. Ita qui ratum habet, te pro se fideiussisse; tibi quoque videtur mandare, ut pro se solvas. Quod si verò ad negotium absolutum & consummatum Rati habitio accesserit, ad quod mandatum accedere non*

non potest, exemplo l. 12. §. 14. *mandat.* Negotiorum gestorum actio datur, non mandati, sæpius dicta l. 6. §. 9. & 10. ff. de Neg. Gest. l. 3. C. de contrah. & comm. stip. l. 9. C. de N. G. Bach. d. loc. C. I. A. de N. G. thes. 46.

LXX. Distingui etiam poterit cum Accurs. ad d. l. 9. C. de N. G. Num Ratihabitio fiat à præsentē an absente; quam distinctionem ulterius prosequitur Sichard. ad d. l. 9. C. de N. G. Aut melius fortè teste Bachov. d. loc. cum Bald. dicendum: multum interesse, an voluntas Domini sit causa gestionis, quo casu nascetur mandati actio, an verò gestio sit causa voluntatis, quo respectu oriretur actio negotiorum gestorum.

LXXI. Neque hîc omittenda distinctio, Jul. Pac. 2. *Evay- rîo* §. 3. quam pleniorē vocat Magnif. Dn. D. Tab. in addition. suis ad Barbof. lib. 16. cap. 4. ax. 14. Quod nimirum intersit, an gestum sit meum, aut non meum negotium; vel gestum sit meo nomine, vel alieno; cum meum negotium meo nomine gestum est, ratihabitio, quæ vim mandati obtinet, mandati actionē pariet. d. l. semper 60. ff. de R. I. Sed cum meum negotium non meo nomine gestum est, omninò mihi & contra me negotiorum gestorum actio dabitur, l. 5. §. 1. ff. de N. G. Cum autem alienum negotium meo nomine gestum est, ratihabitio mea facit, ut detur mihi actio negotiorum gestorum, contra eum qui gessit, & gestori contra me, d. l. 6. §. 9. ff. eod. dummodo ex ea gestione aliquid ad me perveniat, alioquin frustra ratum haberem, d. l. 6. §. 11. Denique cum non meum negotium gestum est non meo nomine, actio negotiorum gestorum, neque mihi, neque contra me dabitur, quia nihil operatur. d. l. 9. §. 6. ff. d. t. v. Jacob. Gothofr. in comm. ad l. 60. ff. de R. I.

LXXII. Circa hanc negotiorum gestorum actionem dubitari posset: Quid, aut quorsum opus sit ratihabitio ad inducendam negotiorum gestorum actionem: Siquidem ex ipsissimis Juris principiis manifestum est ex gestione negotiorum tanquam quasi contractu, etiam ignorantes obligari. §. 1. I. de obl. quas. ex contr. at enim perfecta cuiusque contractus essentia per se est, nec externo adminiculo opus habet. Sanè quasi contractus qui dicuntur non possunt exigi ad naturam aliorum contractuum & ferè vix aliam naturam habent, quam qualem à lege aut edicto acceperunt.

LXXIII.

704

8, 2

LIBR.

1271111



LXXIII. Sed porro putarim distinguendum: quod quosdam actus, licet mea contemplatione gestos possum prorsus contemnere, tanquam nihil ad me pertinerent, utpote quibus & mihi nihil præiudicari potest, veluti si quis pecuniam à meo debitore sine præcedente mandato exegerit, ut in specie *d. l. 9. C. de Neg. Gest.* manet enim mihi adversus debitorem meum integra actio, & eò nec actionem dum ullam mihi adrogare possum contra eum, qui exigit, sed si ratum habeam quod actum est, tum intelligitur liberari debitor, *l. 24. ff. de N. G. & l. 58. ff. de sol.* & mihi contra eum, qui exigit, actio negotiorum gestorum datur. *d. l. 9. & supr. th.* Cæterò quin si quis forte servos meos curavit, si agrum coluit, &c. ipsa res facit, ut tum hinc inde nascatur actio negotiorum gestorum, idque citra ullam rati habitationem: tum porro cum negotiorum gestor non habeat actionem contrariam, nisi utiliter & bene rem gesserit, si quocumque modo gestum Dominus ratum habeat, jam competit cum effectu gestori contraria actio. *Bach. in comm. ff. d. cap. 2. num. 2.*

LXXIV. Effectus Rati habitationis ex parte negotiorum gestor is itidem est, vel Primus, vel Ortus. Primus est obligatio, quæ ipsi Dominus vel alius Raticans obstringitur, etsi negotium malè vel inutiliter gesserit, *d. l. 6. §. 10. ff. de N. G.* cum id quod Dominus semel probaverit, pro utiliter gesto habeatur, *C. l. A. tit. de N. G. thes. 41.* Unde luit effectus Ortus, actio scil. vel mandati, *l. 60. ff. de R. I.* vel negotiorum gestorum utraque contraria, *d. l. 6. §. 10.* quæ competunt ob solam ratificationem, etiam si inutiliter imò in damnum Domini, aliusve, ad quem ea res pertinet, raticantis negotium gestum fuerit. hinc diligenter repetenda sunt, quæ præsupponimus, *th. 67. & seqq.*

LXXV. Competunt autem hæc mandati & negotiorum gestorum contrariæ actiones negotiorum gestori ad consequendum id quod eius interest. *l. 12. §. 9. 16. l. 20. pr. l. 6. §. 7. ff. Mand. ut l. Quod ei abest, ut sunt sumptus quos impendit, aut supererogavit, l. 2. l. 25. l. 45. pr. ff. & l. 10. 11. 14. C. de N. G. l. 56. §. ult. quales impensæ in ædificandis ædibus, in reponendis, propagandisque vineis & in valetudine mancipiorum &c. l. 12. de impens. in res dot. fact. tum usu. re sumptuum factorum vel pecuniæ impensæ, l. 18. C. de N. G. l. 19. §. 4. ff. de N. G. l. 1. l. 18. C. mand. II. Ab futurum ve est, ut est, in quod*

quod se obligavit, l. 2. l. 3. §. ult. l. 4. l. 24. ff. de N. G. l. 2. C. Mand. Qua
de re fusius agit, C. I. A. ad tit. de Neg. Gest. th. 39. & tit. Mand. th. 39.

LXXVI. Ubi tamen probè notanda differentia contrariæ
actionis mandati, quæ ex vero mandato oritur, & eius, quæ ob rati-
habitationem tanquam fictum mandatum competit. Illa enim non
datur, nisi negotium utiliter secundum fines mandati gestum sit.
hæc verò ob negotium quocunque modo peractum, competit
ideoque negotium gerens non tantum sumptus necessarios & pro-
babiles, verum etiam impensas voluntarias, imò inutiles, modo
Dominus illarum erogationem semel ratihabitione sua approba-
verit, hac actione mandati consequi potest. Idem obtinet in actione
contraria negotiorum gestorum quæ ex ratihabitione oritur. vid.
C. I. A. d. loc.

LXXVII. Effectus Ratihabitionis respectu Tertii, quorum
negotium gestum est, rursus est. I. Obligatio, & exinde descendens
& orta actio, quæ Dominus ratificans eidem quo cum negotium
gestum est, æquè tenetur, ac is qui negotium gessit. Huius rei ele-
gans desumi potest declaratio ex d. l. 16. §. 1. ff. de pignor. Si enim Do-
mino nesciente rem eius negotiorum gestor Tertio (scil. credito-
ri) hypothecæ dederit, ac deinde Dominus resciscens ratam habue-
rit oppignorationem; dicendum est, Dominum creditori obligari
æque, ac si initio ipse debitum accipiendo, rem suam pignori dedis-
set: proindeque contrariam pigneratitiam actionem hoc casu ad-
versus eundem competere. vid. Wesenb. in parat. ff. lib. 13. tit. 1. n. 8.

LXXVIII. Sic quoque ei, qui indebitam pecuniam falso
Procuratori solvit, datur eiusdem repetitio, non tantum adversus
Procuratorem falsum, sed & adversus exactionem illam ratifican-
tem, l. 6. §. 9. ff. de N. G. II. Liberatio respectu scil. debitoris, eo scil.
in casu, quando Creditor pecuniæ debitæ, falso Procuratori suo no-
mine factam solutionem ratihabitione comprobaverit, l. 24. ff. de
N. G. l. 12. §. f. ff. de solut. l. 71. ff. eod. l. 80. §. 5. ff. de furt. de quo casu etiam
superius actum, v. Don. 16. comm. p. m. 658. n. 10.

LXXIX. Sequitur nunc Effectus Ratihabitionis, quatenus
est cõmunis, & procedit tam ratione Ratificantis & Gestoris, quàm
Tertii; qui uno verbo est retrotractio: Tritissimum enim Juris &
Civilis & Canonici axioma, quod Ratihabitio retrotrahatur &
mandato comparetur. l. ult. C. ad S. Crum Maced. l. 25. circ. fin. C. de Do-
nat.

D

nat.

705.

8, 2

LIBR.

1271111



nat. inter vir. & ux. cap penult. de sentent. excomm. in 6. C. Ratihabitio-
nem 10. de Reg. Iur. d. lib. 6. Gail. 1. obs. 47. in fin. & c. Dd. à Barbosa cita-
ti, lib. 16. cap. 4. ax. 14. Quod & olim obtinuisse demonstrat text-
in l. licet 56. de Iudic. l. 16. §. 1. ff. de pignor. & hyp. & alibi: licet inter Sa-
binianos & Proculianos controversum fuerit, ut videre est ex l. 1.
§. 14. de vi & vi arm. quam contentionem magnam fuisse prædicat.
Cuiac. lib. 17. observ. 20.

LXXX. Circa hanc Retrotractionem, quatuor excutienda
sunt. 1. A quo nimirum retrahatur? & 2. ad quid retrahatur
Ratihabitio? 3. In quibus casibus locum habeat hæc retrotractio?
4. Quid operetur? Quoad primum sciendum: Legis ministerio fieri
eam retrotractionem, & universam istam rem fictione quadam le-
gis constare, qua is qui ratum habet, ipse negotium gessisse videtur.
d. l. 6. §. 9. ff. de N. G. Legis enim officium est, in his quæ absque le-
gis autoritate non constant, fingere. Homo autem, cum Legi
subsit, fictione sua legem immutare non potest, *arg. l. 39. ff. de pact. &*
tanto quidem minus, si stricti Juris rigiditatem sequamur, non et-
iam ipsam æquitatem: qua tamen sola huius capituli decisio sustine-
tur, certè is qui ratum habet id, quod suo nomine gestum est, nihil
ageret, quia in contractibus semper principium spectandum est,
l. 8. ff. Mand. l. §. 13. ff. de pos. Clem. fin. de rescript. Gædd. p. 5. de contr. sti-
pul. n. 127. Cuiac. lib. 28. Paul. ad Edict. l. 2. §. 1. ff. locat. Iste verò eo
tempore acquirendi animum, sine quo nihil unquam perfectè ac-
quirimus, *l. 8. ff. de A. vel A. P.* non habuit.

LXXXI. Secundum quod attinet; in confesso est, ad tempus
actus celebrati seu negotii gesti fieri oportere retrotractionem, ut
sic perinde obliget, & obligetur ratum habens, ac si eo tēpore ipse,
vel fecisset illud, vel fieri mandasset. Sensus enim ac vis supra dicti
axiomatis hæc est: Per ratihabitionem retroversus æstimari quasi
ab initio res utiliter gesta esset mandatumque intervenisset, *arg. l.*
fin. ff. de bon. poss. l. 44. §. 1. ff. Se usucap. vid. Donell. 12. comm. 27. &
Barbos. d. lib. 16. cap. ax. 14.

LXXXII. Utrum autem hæc retrotractio ita fiat, ut actio
obligatioque ex ipsa ratihabitione, eiusque tempore virtutem ac vi-
tam accipiat, an potius ab ipso tempore negotii gesti? est quæstio
non minus elegans & subtilis, teste Sichardo, *ad l. 9. C. de Neg. Gest.*
quam utilis, minimeque contemnenda homini in foro ac legibus
ver.

708.
3
8, 2

versanti: verba sunt Jcti Eximii P. Peck. *ad d. cap. 10. n. 10. n. 5.* Inde enim evenit ut forum vel ex loco negotii, vel ex loco ratihabitionis metiamur. Nam si negotia mea Francofurti gessit Titius & ego Argentorati commoratus, quod illic gestum est, ratum habeo: Si ratihabitio ad tempus & locum actus gesti retrahitur, potero ratione contractus illius Francofurti conveniri perinde, ac si præsens ibi contraxissem. Sin autem ex tempore ratihabitionis duntaxat obligor, utique non potero, sed is qui cum Titio meo nomine contraxit, meum forum hîc Argentinæ sequi tenetur. Quod si verò ex utroque oriatur actio, utrobique rectè me conveniet. Alberic. *ad d. l. 6. §. 9. ff. de N. G.*

LXXXIV. Quamvis autem Accurs. *ad d. §. 9. & in l. 9. C. eod.* & Dd alii actionem hanc ab ipsa ratihabitione, non verò à Gestione informandam opinentur, per non magni ponderis rationes quæ videri possunt, ap. Peck. *ad cap. 10. n. 5.* Contrariam tamen partem, quod sc. retractio illa ita fiat, ut obligatio & actio ex ipso negotio gesto, eiusque tempore reguletur ac informetur, non immeritò sequuntur maximæ autoritatis interpretes. vid. Peck. *d. loc.* è quorum numero præter Bartol. & Sichard. *ad l. 9. C. de Neg. Gest.* etiam esse videmus, C. I. A. *tit. de Neg. Gest. rh. 46.* Paria enim sunt ab initio esse tale, vel redire ad tale. Tiraquell. *de retract. lig. §. 1. gl. 10. n. 64. cum seq. Decian. conf. 5. n. 32. lib. 1. Card. Tusch. pract. concl. tom. 6. lit. P. concl. 84. n. 22.* Jam autem si ab initio negotium esset nostrum ipso facto sine ratihabitione, certum est, quod oriretur actio ex negotio gesto, ergò etiam tunc cum nostrum esse incipit per ratihabitionem. Deinde quandoque reperiuntur duæ causæ unius, eiusdemq; effectus (ut est hîc gestio & ratificatio parientes effectum nempe obligationem & actionem) quarum una est principalior: tunc effectus denominandus est à causâ principaliori, non à secundaria, arg. *l. 6. ff. de pact.* ubi lex ex priore pacto, non ex lege confirmante pactum, jus tribuit. Sed cum ipsa gestio sit principalis causa huius negotiorum gestorum actionis, quia est fundamentum Ratificationis: ratihabitio enim non inducit præcedentem materiam ex qua agitur, sed præ existentem tantummodo applicat ratum habenti. Peck. *d. n. 5.* nec potest confirmatio esse, nisi ante sit, quod possit aut debeat confirmari. ut tradunt Canonistæ, *in rubr. X. de confirm. ut.* Credendum ergò potius, gestionem esse causam actionis

D 2

nis accedente ratificatione, quam ratihabitionem. Alioquin enim (prout loquitur Castr. *ad l. 9. C. de N. G.*) non diceretur actio negotiorum gestorum, sed ratihabitionis: aperte insuper hanc litem decidere videtur, Ulpianus dum *in l. 3. §. 7. ff. de N. G.* ait hanc actionem ex negotio gesto esse, & si non tam autoritatis in disputando, quam aut rationis momenta, aut legis verba spectanda sunt. Cic. *lib. 1. de natur. Deor.* Ipse Imp. Justinianus, expressis verbis hanc contentionem dirimit, *in l. 25. circa fin. de Don. inter vir & ux.* dum vult & præcipit ut Ratihabitione negotiorum gestorum, scilicet actio, ad illa reducatur tempora, in quibus contracta sunt, scilicet negotia. Quæ verba cum sint clara & aperta, utique nulla contorta & sinistra interpretatione ad alium sensum trahi debent. Peck. *f. d. loc.* Unde fit ut forum hinc metiamur ex loco negotii, non verò ratihabitionis. secundum Cyn. *ad d. l. 9. C. de N. G.* Bartol. *in l. si ut proponitur 61. de fideiuss.* Costal. *ad d. l. 6. §. 9. ff. de N. G.* add. Sich. *ad d. l. 9. C. de N. G. n. 7. & seqq.*

LXXXV. Quantum ad tertium, in quibus retrotractio illa locum habeat, considerandum illud, & ampliative, & limitative: Ampliative, quod ratihabitione retrahatur 1. tam quoad proprietatem & rem ipsam, quam quoad fructus, ut scilicet pro tempore præterito etiam fructus censeantur obligati. Qua de re plurimum differit: Angel. *ad l. si fundus, §. si sciente ff. de pign. & Hyp.* 2. Non tantum in iis, quæ generale mandatum exigunt, sed etiam in speciale mandatum requirentibus locum obtineat, *l. Quod si speciali 26. ff. de Min. c. fin. de Iurei. eod.* Tiraquell. *de retract. lig. §. 1. gloss. 10. n. 61.* Surd. *consil. 60. n. 14. & decis. 231. n. 11.* Card. Tusch. *d. conclus. 20. n. 5.* Alex. Trentacinq. *var. rep. lib. 2. tit. de procur. resol. 9. n. 2.* Petr. Peck. *de jure sistend. cap. 3. n. 5.* Barbof. *d. lib. 16. cap. 4. ax. 4.*

LXXXVI. 3. Procedat non tantum in civilibus, *l. semper 60. ff. de R. I.* vid. Jacob. Gothofr. *ad l. 1. c. 52. de R. I.* Sed & criminalibus, ac delictis. *l. hoc jure utimur 152. §. 2. de R. I. l. 1. §. 14. & l. 3. §. 10. ff. de vi & vi arm. Cap. sicut 33. X. de Simon. c. un. X. de Infant. & lang. expos. Farin. in sua prax. crim. allegatus à Barbof. d. lib. 26. cap. 4. ax. 10.*

LXXXVII. Quod tamen cum Doctoribus verum intellige 1. Quoad pœnam extraordinariam, secus quoad ordinariam, cum absurdum, & fortè iniquum reputaretur, quod qui non deliquit in operando, pari pœnâ cum delinquente & operante puniendus esset.

707.
3
8, 2

fer. Berous *conf.* 175. n. 5. Farin. 1. *conf. crim.* 104. n. 19. 2. Quoad Ratum habentem, & Tertium, adversus quem delictum perpetratum est; non verò quoad Ratum habentem, & delinquentem, *arg. §. 7. l. de Mand. ibiq.* Dn. D. Loccam. *in not. lit. a.* Plures alias ampliationes circa Retrotractionem ratihabitationis congestam, vid. ap. Tusch. *d. l. R. concl.* 21. Honded. 1. *conf.* 38. & P. Peck. *ad cap.* 10. n. 9. & 10. quò lectorem benevolum remitto.

LXXXIX. Limitativè consideratur, I. quod in iis actibus, ubi leges nominatim ad initiū actus seu negotii sese referunt, & jussum nominatim spectari jubent, ac pro forma requirunt; ratihabitationis retrotractio officium suum perdat, quoniam à legum expressa forma recedi non potest. Cuius rei exemplum habemus i. in Nuptiis, ubi jussum patris præcedere oportere, supra per *pr. l. de nupt. th.* 32. probavimus. 2. Item ut infamia notetur pater ob consensum præstitum filio ad ducendam viduam, intra annum luctus, initium spectari prætor jubet: quare qui nuptias tantum ratas habuit, non notatur, *l. 13. pr. ff. de his qui not. infant.* 3. Item in acquirenda hereditate, *l. 25. §. 4. ff. de adquir. hered.* 4. In auctoritate à Tutore pupillo præstanda: de qua re supr. *th. §. 32.*

LXXXIX. II. Quod Retrotractio illa locum non habeat, quando ratihabitio vergit in præiudicium tertii, Becc. *conf.* 66. n. 25. Olasch. *Decis.* 119. n. 23. Steph. Grat. *discepr. forens.* tom. 5. cap. 957. n. 18. Peck. *d. loc. n.* 17. idq; procedit non modo, in præiudicio juris præsentis, Menoch. 13. *conf. p. m.* 111. n. 7. & 9. *consil.* 1231. verum etiam in præiudicio eius cui medio tempore jus fuit quæsitum, Afflict. *Decis.* 335. n. 13. Faber. *in suo breviar. ad l. si familiam, C. ad SCt. Mac.* Jacob. de S. Georg. *ad l. 1. C. qui admitti ad bon. poss. n.* 13. Quia, quod pro III. limitatione notandum, Ratificatio facta re amplius non integra, retro non trahitur, Alexand. *conf.* 110. vol. 3. *Ceteriq; Dd.* quos citat. Barbof. *d. cap. 4. ax.* 14. pag. 467. *circ. fin. & pag. seq. pr.*

XC. IV. Quod Ratihabitio non possit retrocurrere, quando aliquid interiectum sit, quod hunc recursum impediatur, vid. Pac. *in Comm. C. ad lib. 4. t.* 28. n. 20. ubi hanc limitationē latius explicat, & Peck. 7. *de rest. c.* 7. n. 3. & *ad d. cap.* 10. n. 17. V. Quod, ubi Mandatum certum est, ibi Retrotractio ratihabitationis nunquam necessaria sit, *l. un. C. de satisd.* Welenb. *in parat. de procurat. n.* 6. Barbof. *d. cap. 14. pag. m.* 468. Huc etiam referri possunt limitationes, circa

Ratihabitionem delicti, de quibus inferius, & plures alias limitationes ad hunc articulum pertinentes vide relatas, ap. sæpe laudatum P. Peck. d. n. 17. per tot. & Tusch. d. concl. 21.

XCI. Superest quarta quæstio, Ratihabitionis retrotractio quid operetur? Effectus autem ex jam dictis facile colligi potest: quod videlicet illa Retrotractio negotium gestum ita confirmet, ut ea etiam quæ ab initio inutiliter peracta sunt, valida reddantur, d. l. 6 §. 9. l. 24. de N. G. Goth. ad l. 16. §. 1. ff. de pign. & hypoth. lit. g. unde recte etiam contractum inexpugnabilem facere dicitur. Dec. conf. 181. n. 5. Gylman. 2. 2. vot. 5. n. 41. Confirmat enim mutuû à filiofam. contractum, l. fin. C. ad Sct. Mac. Venditionem inutilem, l. 44. §. 1. ff. de usucap. l. 3. C. de R. V. l. 4. C. de reb. alien. non alien. bonorum possessionem ab alio sine mandato postulatam, l. fin. de bon. poss. mortui quoque illationem; nam & ratihabitione locus fit religiosus, §. 9. I. de R. D. l. 6. §. 4. ff. eod. Hactenus de Effectibus ratihabitionis.

XCII. Superest affinia: inter hæc principem locum sibi vindicat mandatum: per textus allegatos notissimos, l. 12. §. f. ff. de solut. & cap. 10. X. de Reg. Jur. in 6. in quibus ratihabitionem mandato comparari, disertis verbis exprimitur, Alex. Trentacinq. var. resolut. lib. 2. tit. de procurat. resolut. 9. n. 1. & seq. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 706. n. 9. & 10.

XCIII. Cum autem Jurisconsulti & Canonistæ utantur voce comparati, & æquiparari taitè, innuunt Ratihabitionem comparari quidem mandato, non verò propriè esse mandatum: hæc similia esse, non verò eadem. Etenim plura existunt, in quibus mandatum & ratihabitione maximè discrepant.

XCIV. Primò enim mandatum semper negotium præcedit, vel actu nondum perfecto, supervenire debet, Felin. ad C. nonnulli de rescript. Ratihabitione semper negotium peractum subsequitur. hinc est quod mandatum circa res futuras, vel præsentis, arg. l. 60. ff. de R. I. Ratihabitione circa præteritas versetur. per hæctenus deducta in primis, thes. 10. & 30. Secundò mandatum in rebus alienis esse potest, §. 3. & seqq. I. de Mand. vid. hoc latius explicantem Conan. lib. 7. cap. 14. num. 3. Ratihabitione non nisi in suis, quoniam ratihabitione de re ad nos non pertinenti nulla est, quod superius ostendimus, in th. 39. Tertio mandatum ex diuturnitate temporis non præsumitur, nisi aut de eo mentio fiat in sen-
nita-

708.
tentia, vel in instrumento, Decius *conf.* 36. aut nisi præsumptio sit ad
eiusmodi actum neminem voluisse absq; mandato venire, ut puta, si
quis solverit debitum alienum, quia præsumitur solvere de mādato
eius, pro quo solvit. Socin *cōsul.* 46. *lib.* 3. Curtius Senior *conf.* 77. idē
quod verisimile non sit, quem velle suum jactare: text. *eleganti in l.*
cum de indebito 25. *ff. de probat.* aut si possessio concurrat. Alex. *con-*
fil. *lib.* 1. *confil.* 4. aut si alia accedant adminicula, vid. Treutl. v. 1.
disput. 9. *thes.* 9. *sub lit. d.* Petr. Peck. *ad cap. quid quis, n.* 7. & *de amor-*
tiz. C. 29. & 3. *de test. con.* 22. *circ. fin.* Menoch. 2. *presumpt.* 33. *nm.* 7.
aut nisi agatur de favore eius, qui mandatum allegat. Aretin. *conf.*
42. vid. P. Peck. *ad di. cap.* 10. *num.* 6. & Barhof. *dict. libr.* 16. *cap.* 4.
ax. 4. Ratihabitio tamen præsumitur ex temporis antiquitate per
ea, quæ prolixius *in th.* 17. tractavimus. Quattō mandatum sem-
per parit actionem mandati; nullatenus verō actionem negotio-
rum gestorū, C. I. A. *libr.* 3. *tit.* 5. *thes.* 46. Ratihabitio autem
plerumque producit actionem negotiorum gestorū, rariū verō
mandati: sicuti *supra thes.* 67. 68. & *seqq.* fusiū probatum: ita
etiam Ratihabitio mandato non comparatur in odiosis & pœ-
nalibus, quo ad probationis modum. Nam si lex mandatum non
testibus, sed solis publicis documentis probari velit, sub mandato
non continebitur ratihabitio. vid. P. Peck. *in comm. ad d. cap.* 10.
n. 6. & 7. hætenus differentia mandati & ratihabitiois, sequitur,
nunc convenientia.

XCV. Conveniunt mandatum, & ratihabitio i. genere:
sub consensu enim tanquam species diversæ & distinctæ continen-
tur. de quo *supra th.* 11. 2. Effectū; sc. quoad obligationem, quam-
vis non quoad actionem producendam, unde Anton. Faber *in ra-*
tionat. ad l. 9. *ff. de N. G.* hanc æquiparationem hætenus tantum ad-
mittit, ut qui ratum habuit, improbare gestum non magis possit,
quam si mandasset: non autem ut inde statim mandata sit actio,
quia ad hoc verum, non fictum mandatum requiratur. & quæ alia,
quæ ex *supra dictis* facile quisque colligere potest.

XCVII. Procedit autem hæc æquiparatio i. non tantum in
iis, quæ sub generali mandato continentur, sed etiam in speciale
mandatum requirentibus. 2. Non tantum in civilibus & contra-
ctibus, sed & criminalibus ac maleficiis, *d. l.* 1. §. 14. & *l.* 3. §. 10. *ff. de vi*
& *vi arm.* *l.* 152. §. 2. *ff. de R. I. ibiq;* Jacob, Gothofr.

XCIIX

3
8, 2
NET
RS.
12/11/11

XCIIX. Ubi tamen sciendum, hanc regulam limitatè procedere 1. quando quis sciverit delictum jam fuisse commissum, secus si ignorans illud idem delictum fieri mandaret, quia tunc non obligatur, nec tanquam mandans, quia jam delictum fuerat commissum, nec tanquam ratificans quia ignorantia data excluditur ratihabitio. *Ofasch. Decis. pedem 138. n. 9. Mascard. 2. de probat. concl. 1012. n. 3. Menoch. de arbitr. Iudic. quest. 2. cas. 522. n. 17.* 2. Quando delictum est gestum nomine ratificantis, aliàs secus. *vid. Farin. 1. cons. crim. 104. n. 18. Capr. concl. 80. n. 63.* 3. Quando fuit ratificatum scienter tanquam suo nomine gestum, per supra tradita *thes. 42.* 4. Quando non potest tractari de ratificatione delicti, nisi prius constet de corpore delicti, id est, illud delictum fuisse commissum. *Ofasch. cons. 65. n. 14.* 5. In delictis, quæ non possunt per alium, parari, in his enim ratihabitio locum non habet, prout est adulterium, *Franc. Marc. Decis. 422. num. 6.* huius exceptionem *vid. supra th. 47. appositam.*

XCIIX. Ad affinia ratihabitiois insuper referri possunt iustus, voluntas, comprobatio, & confirmatio, tutoris Auctoritas, quibus eadem ferè, quæ modo *thes. precedentib.* attulimus, accommodari possunt. Huc etiam pertinere videtur cautio Ratihabitiois, quæ fit à falso Procuratore, de qua *vide l. 1. C. de procur. l. 6. §. 3. quando cuiusq. universit. nom. & t. t. ff. Rat. rem hab. & ad eum Dd. imprimis C. I. A.* item ratihabitiois promissio à Domino interposita qua *de in l. 65. ff. de procur.* fit mentio. Hic etiam tractanda esset questio in foro utilissima, utrum ratihabitio æquipolleat clausulæ cum libera? Sed nobis properandum ad *dissentanea*: videatur *interim Barfchamp. de clausul. c. 6. §. 4.*

C. Dissentanea Ratihabitiois sunt contraria, quæ ratihabitioi obstant ac adversantur, quo minus effectum consequi possit. Ex his autem principem locum obtinet dissensus & improbatio, Dolus malus; quia ratihabitio uti supra diximus, induit naturam bonæ fidei, cui dolus opponitur, uti videre est, *ex text. l. non debet in fin. ff. de dol. vid. Barbof. lib. 4. cap. 44. ax. 13.* Deinde quia consensum excludit ab ea dispositione, ad quam quis fuit dolo inductus. plurib. hac de re agit *Barbof. d. lib. 4. cap. 43. ax. 1.* Ignorantia; cum ad ratihabitioem requiratur perfecta negotii scientia, per ea, quæ habentur, *in thes. 45. & th. 54.* Furor; hic enim voluntatem

709.
tem aufert, arg. l. 47. & seq. ff. de Acq. Her. & ignorantia comparatur, arg. l. filiusfamilias 16. §. 2. in fin. & ibi Bartol. qui testem fac. poss. Furiosum tamen haberi pro consentiente eo casu, in quo si fuisset sane mentis, non habuisset causam contradicendi, volunt Alex. in l. 2. §. volunt. item, colum. 2. not. ult. & Jason in colum. 3. not. 2. ff. solut. matrim. & quæ furori comparatur, Ira, arg. l. 48. ff. de R. I. & supra traditorum, th. 25. Vis & metus: cum nihil consensui tam contrarium dicitur, quàm Vis atque Metus, l. 116. pr. ff. de R. I. item Error: Non enim videntur, qui errant, consentire, d. l. 116. §. fin. Ecquid tam contrarium est consensui, quam error, qui imperitiam detegit, l. Siper errorem 15. ff. de iurisd. huc pertinent omnia ea, in quibus rati habitio locum non habet: quæ cum ex iam dictis haud difficulter colligi possint, ac ap. P. Peck. d. cap. 10. n. 17. diligenter & studiose, (pro more suo) pertractata videam, idè desiderantem illinc remitto.

Et hæc sunt quæ de Materia utili ac amplitudine diffusâ, quæ attestante, P. Peck. d. loc. n. 1. nunquam non ante oculos posita est, quæque in usu quotidiano, in consuetudine hominum atque foro plurimum versatur, allegatorum Dd. subsidio in medium afferre libuit. Ego pedem figo, DEUMQ; TER OPT. MAX. pro concessâ gratiâ demissè ac supplex veneror; Cui sit

Gloria, Laus & Honor in ævum
sempiternum.

F I N I S.



LIBR.
MUSEI
12211111

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and is mostly obscured by the paper's texture and some staining.



ULB Halle
003 882 810

3




(f)

Sb

Konf







DISPUTATIO INAUGURALIS

DE

ATI HABITIONE.

Quam,

RAESIDE IEHOVA

Ex autoritate & decreto

ILISSIMI ET AMPLISSIMI IV-
SCONSULTORVM, IN ALMA AR-
GENTORATENSIVM ACADEMIA,
ORDINIS

Pro consequendis

MIS IN VTROQVE IVRE DOCTORA-
TVS HONORIBVS AC PRIVILEGIIS

Solenni Examini

submittit

Die 22. Iunii.

GEORGIUS GALLVS LVCK,
ARGENTORATENSIS.



ARGENTORATI,
Typographéo FRIDERICI SPOOR.

ANNO M DC LVII.

752
~~752~~
25
1657
5.

8,2

